Jacobi constantij collectanea

del Collegio de la Comp. de Jesus de la Concepcion de Sev.

¶IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

¶COLLECTANEORVM HECATOSTYS
Prima Hadriano Cardinali dicata. In Ibin
Ouidii Sarritiones annotationum ul
tra centum. In Eiusdem metha
morphoses assumenta: an-
notationum supra
ter centum.

¶IMPRESSA FANI AB HIERONYMO SONCINO.

Del Collegio

Del Collegio de la Becca.

AD LIBRVM.

I liber Hadriani ueneratum numen:& eius
 Cum fueris sacros cernuus ante pedes.
Affectus dic ille tuus Constantius ad te
 Hæc(quota sint quanuis munera)ferre iubet.
Cum quibus & semet largitur.& omnia.tam quæ
 Semper erunt.q̃ quæ non sua semper erunt.
His grauiora tamen fuit & maiora daturus:
 Sed ratio contra suasit habenda uiæ.
Cum repetes propiora adero mage honustus.at illi
 Sideris interea fulgeat aura tui.

IACOBVS CONSTANTIVS HADRIANO CORNICVLANO TITVLI SANCTI CHRYSOGONI CARDINALI BATHONIENSI.S.

p ARTHORVM Lex fuit(ut in Senecæ ad Lucilium epistolis scriptũ cõperio)Hadriane Põtifex & Christianæ fidei imobilis cardo:ut nemo eorũ regẽ posset sine munere salutare. Quã ego mihi erga te obseruandã statueraz, post q̃ Dei optimi maximi nutu euenit:ut tecum affinitatez iniuerīz: Atq; id propter differre potius p aliquot dies accessũ ad te meũ constitui:q̃ uacuis(ut dicitur)manibus aduenire. Verũ cũ muneri præparando essem intentus, aduersis utrinq; insurgentibus fatis adeo fractæ corporis & animi mei uires derepente fuerũt: ut itineris & muneris curã seponere simul fuerit iniecta necessitas. Nunc ãt refocillatus aliquantulum spiritumq; resumens(postq̃ mearum adhuc reruz non minima obrutus mole salutatũ istuc augustum numen tuum ire non possum)munusculũ hoc chartaceũ a meis acceptum musis ferendũ decreui. Neq; eni dignius te quicq̃ elargiri posse me cẽseo:qui a musis nutrit⁹,ĩ musis uersatus, de musis benemeritus prædicaris. Et in cuius ore ipsas sessitasse musas(ut in periclis labiis Suadela:ĩ platonis apes:ĩ Stesichori Luscinia)omnium ẽ iudiciũ. Adeo qcqd loqueris, qcqd prorsa uel uorsa oratione componis a melle, ab ebosiæ liquamine, a nectare, a Sirenibus, a musis tandem ipsis scaturire uidetur. Cuiusce cælestis muneris gratia fidei, benignitatis, doctrinæ, liberalitatis, prudentiæ, æquitatis, magnanimitatis iuncta cõsortio Inclytũ Albionis regem tam arcto amoris uinculo tibi cõciliauit:ut suarũ apud sũmos põtifices rerũ curã patrociniumq; tibi soli cõmiserit:ac uaria conferendi cotidie munera satietatẽ hucusq; nõ cæperit. Atq; eadẽ Alexãdrũ sextũ ut ĩ suũ a secretis, & p̃clarã istã dignitatẽ eueheret:amplissimisq; opibus ut uirtutũ ĩstrumentis cumularet:ĩcitauit. Quib⁹ tu uirtutib⁹ eãdẽ dignitatẽ ita illustrasti:ut oĩum sit uoce cõclusũ, plus illi abs te q̃ tibi ab illa splendoris & admiratiõis fuisse adiectum. Cõtinẽtur aũt hoc libello plurimorũ in latina regione locorũ expositiones, emendatiões, obseruatiões, cẽtũ(ut repertu faciliores fiãt)distinctæ capitibus. Quas:ut initio cœnæ ad mensam discũbentibus

acetarium solet ad excitandos gustus apponi:Ita,dum plærasq; alias lucubrationes nostras uersicoloribus flosculis adornam⁹ ac litterario pēnicillo læuigamus,tibi(quantum arbitror) non iniocundas offerimus.Titulum sane ipsis fecimus Collectanea ab antiquioribus quibusdam scriptoribus mutuātes.Præcipue Acteio capitone,Cæsare dictatore,& solino.quorum singulos talem nonnullis operibus suis indicem fecisse didicimus.Atq; illud in his magna cura & diligentia custoditum præfamur:ut in coniectanda scripturæ ueritate(quandocunq; in fideles parum dictiones occurreremus)litterarum similitudinem,& interdum numerum seruaremus:Ne quid parum consulte additum aut exemptū quisq̃ opponeret:quod prioris effigiei membrum ne minusculum quidem repræsentaret.Vbi autoritatibus esset concertandum,Classicos non Proletarios scriptores in aciem duceremus:Ne incursantibus forte maliuolorum fluctibus nauiculæ nostræ in anchoris minus ualidis consistēti naufragiuʒ pateremur.Vbi alicuius opinio esset reprobāda,& ipsius nomē supprimeremus(nisi secus facere cogeremur)& erratuʒ sine hominis ignominia ostenderemus:Ne non litterariæ reipublicæ consulere uoluisse:Sed in hunc & illum potius incinere bellicū uideremur.Hæc ego oīa(ita lectores mihi oēs benignos hēaʒ) candide & sincere,sine stomacho & liuore compegi.Nō ut inq̃ ullos latrando insectarer:sed ut studiosos uiros(qb⁹ hic tua Hadriane causa labor insudauit)facerem cautiores.Ne Cimmeriis (ut in prouerbio est)tenebris inuoluti inter Syndromadū scopulos illidantur.Si quid āt minus accurate minusq; pensiculate conscripsero ad limam & lineā redigere non recuso.Nec a summi tantum sed & imi subsellii uiris emendari passurum me spōdeo:paratus etiam(ut inquit cicero)& refelli citra pertinaciā,& citra iracūdiam quoq; refellere.Quin omnes rogatos,obsecratos,obtestatosq; uolo:ut qbuscūq; locis cespitauerim(quæ utinam numerosa non fuerint)admonere ac subleuare ne pigeat: Neq; ullum ob hoc ipsum a nobis odium,inuidiam,aut īuectoria uerba expectent.Sed perpetuas laudes,ꝑpetuas gratias,ꝑpetuam se beniuolentiam adepturum.Ingratus.n.profecto nimium sim:si non amem & gratias habeam illi(quicunq; fuerit)cuius monitu rursus ad eundem lapidem lapsando non corruam.

At (dicunt aliqui) pudor est erratū fateri & herbam porrigere. Quin potius errorem aut nolle agnoscerē: aut uelle defendere. Cuiusuis.n.hominis est errare: nullius nisi insipientis in errore psistere: ut præclare ab eodem tullio cōmonemur. Sed qm̄ nec mihi defuturos uitilitigatores & homeromastygas cēseo: pmo nere hoc dignum uidetur: uti ne prius qsquā carpere aut hæctæ facere nostra incipiat: q̄ nostro & eruditiorum iudicio suum ali quid proposuerit. Quāuis tāti numinis fulctus patrocinio uene natum alicuius rabulæ morsum nihil extimescā. Nec (dum ui tam & ociū mihi fata suggesserint) destiturus tantillum sim: qn cotidie dignū aliquid auribus. dignū chartis excudam. Tamet si haud quaq̄ uereor si tibi sūmo ingenio. sūma doctrina. sūma pdito autoritate lucubrationes nostræ placuerint: qn cæterorū quoq; eruditoruʒ calculis (nam de semilitteratis manuʒ haud uorterim) comprobētur. Qualescūq; tamē hæ fuerint. tibi do nantur: tibiq; consecrantur. Nec hæ solum: Sed & is. cuius fœ tura sunt. simul. Qui tibi nō a paucis retro mēsibus tantū. idest post neptem tuam i uxorem acceptam Sed multis ante tpibus deuinctus mācipatusq; fuit: cū ob egregias animi tui dotes: Tū ob īnumera. quæ sub Alexandro præcipue sexto in patriaʒ suā munera contulisti. Quam tu non secus ac patriū soluʒ cōtinue dilexisti. & (ut sæpius fassus es) non iniuria. Cū plures illinc cō sanguineos. & Malatestā Taurellum uirū optimum Ioānis an tonii sororis meæ coniugis ac deuotissimi tuo nomini patrem altorem olim tuuʒ agnosceres. Accessit ad hæc mansuetudo & benignitas tua: quib⁹ & ante q̄ in sacrosanctū cardinaliū cœtū cooptatus fuisses. & postq̄ in eundem conscriptus es. usus exce ptusq; sum. Accessit in humanioribus (ut uocant) litteris studiū quo pariter delectamur. Licet in iis eminentiorem tibi æque uē dicaueris locum: ac merita dignitate nunc obtines. Accesserunt & alia multa: quæ cum utriq; nostrū sint notissima (ut meum tandem pensum absoluatur. nec Alcini apologuʒ texere alicui existimer) consulto prætereo. Suscipe igitur Quicquid hoc est munusculi a Constantio tuo hilari fronte (ut soles) pontifex sa pientissime: eiusq; tenuitatem Artaxerxem illū persaʒ imitatus cum offerentis affectu. nec exigua uoluntate metire. Fani. No nis Septembribus. MDVII.

¶PRIMAE collectaneorũm hecatostys capitã.

IACOBI CONSTANTII FANENSIS COLLECTANEORVM HECATOSTYS PRIMA AD HADRIANVM CARDINALEM.

Cōfutata quorūdam falsa interpretatio loci apud Matthæū de sanctis martyribus cognomento innocentibus.

Caput primum.

Consueuere olim scriptores quicunq; mentis compotes fuerunt: ut Plato in timæo testatur: & ad dionis propinquos & amicos scribens faciundum p̄cepit: in cuiuslibet magni uel parui operis principio deos inuocare. Id quod ego pium sanctum ac conducibile factu existimans: in huiusce opusculi mei initio dei optimi maximi nec non christiparæ uirginis cunctorūq; cœtus beatorum opem imploro. Eosq; toto mentis affectu suppliciter precor: ut ea a nobis dicantur quæ illis placitura: & orthodoxæ in primis academiæ: ac cæteræ postmodum litterariæ reip. sint profutura. Atq; ut uotum nostrum facilius audiatur ab euangelica lectione exordium auspicabor. Quæ multis in locis scriptorum non traductoris uitio deprauata: multis cucullatorum quorūdā fratrum inscitia male interp̄tata dignoscitur. Apud matthæum hæc uerba leguntur. Tunc herodes uidens quoniam illusus esset a magis iratus est ualde & mittens occidit omnes pueros: qui erant in bethleem & in omnib⁹ finibus eius a bimatu & infra. q̄ quia quidam pseudotheologi incipiunt inhoneste corrumpere ab imatu contendentes legi debere: & nescioquas aniles nugas garrientes: cum græco codice conferendum latinum exemplar putauimus: ut omnis intelligat non aliter q̄ a bimatu esse pronūciandū: græci codicis uerba ita se habent. τοτε ηρωδης ιδων οτι ενεπαιχθη υπο των μαγων. εθυμωθη λιαν. και αποστειλας ανειλε παντας τους παιδας τους εν βηθλεεμ και πασι τοις οριοις αυτης απο διετους και κατωτερω. In quibus dilucide constat απο διετους και κατωτερω a bimatu & infra uel inferius debere interpretari. nam διετες bimatum. i. duorum ānorum ætatem significat. Sed & macrobius hisce scripturæ sacræ corruptoribus in secundo saturnalium refragaf: de augusto sic scribens. Cū audisset inter pueros

quos in syria herodes rex iudeorum intra bimatum iussit interfici: filium quoque eius occisum: ait, melius est herodis porcum esse quam filium. Nolo rationibus eorum rationem retundere: qui praepositionem hanc infra pro ultra accipiunt & usque ad quimatum protendunt: cum eam macrobii autoritas satis superque refellat. Sed hoc certe nolo dissimulare, nonnullos non mediocriter falli: uerba haec in omnibus finibus eius in omnibus finibus herodis interpretantes, id quod etiam magni nominis concionatores docuisse audiui cum in omnibus finibus urbis bethleem sit exponendum uti graecus codex in quo αὐτῆς non αὐτοῦ legitur: probat, & ratio dictat. Qua colligitur non in omni iudaea sed in bethleemitica tantum ditione infanticidia iussu herodis fuisse perpetrata ob id quod ipse acceperat: christum in bethleem nasciturum. Sane bethleem graece Βηθλεμα neutro genere numero plurali declinatur ut stephano placet, & Βηθλεεμα teste iosepho.

Quae sit nardus pistica marco & Ioanni: & quod prioris euangelistae codex apud latinos maculosus. Cap. II.

Euangelium Marci in latinis codicibus his uerbis foedatur, uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati preciosi. Quod ut manu contingas, prout in uulgato sermone dici solet: latinum cum graeco conferemus. Graecum exemplar sic habet: ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς. Cui subscribit Ioannes. in eius enim codice ita scriptum inuenies. ἡ οὖν μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ ἰησοῦ. idest. igitur Maria accipiens libram ungueti nardi pisticae preciosi unxit pedes Iesu. Nardum sane neutro genere & nardus foeminino dicitur: ut costum & costus, unde & nardi pistici & pisticae in latino codice potes enunciare, licet hoc posterius magis consonet: tum quod graeco respondet generi: quod foemininum est: tum quod in homoeoteleuton non cadit: tum quod ambiguitatem constructionis tollit. Nam quicunque graeca non uiderit exemplaria marci & Ioannis facile dubitauerit utri eorum nominum nardi & unguenti ge-

nitiuus ille preciosi sit accõmodandus. Pisticum autem siue pisticam nardum beatus Augustinus in homilia in Ioannem a loco dici existimat: cuius ego adhuc mentionem ab aliquo geographo factam non inuenio. Nicolaus Lyra fidelem interpretatur idest non adulteratum: quia πιστισ græce fides nuncupetur. Cuius ego interpretamento ut hæream plinius facit. Qui Nardinum unguentum Plurimis modis adulterari consuesse testatur. Nam libro duodecimo de nardo scribens ita inqt. Adulteratur & pseudonardo herba: quæ ubiq; nascitur crassiore atq; latiore folio, & colore languido in candidum uergente. itẽ sua radice permixta ponderis causa, & gummi spumaq; argenti. aut stibio cyperi ue cortice. & paulopost. Cum gallico nardo semp nascitur herba: quæ hircolus uocatur a grauitate odoris & similitudine: qua maxime adulteratur. Item in tertiodecimo. Nardinum siue foliatum cõstat omphacio, balanino, iunco: costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conueniet meminisse herbarum: quæ nardum indicum imitentur: species nouẽ a nobis esse dictas. tanta materia adulterandi est. Sciẽtes igitur euangeliographi nardinum unguentum præ cæteris unguentis deprauari solere: mariam magdalenam unguentum e nardo pistico idest fideli, sincero, nõ deprauato ad pedes christi iungendos accepisse dixerunt. Sed quia illud consideratione non uacat, cur: cum tot unguentariorum uasorum sint nomina: ac tot etiam unguentorum nobilium genera: iidem scriptores alabastrum & e nardo unguentum nominauerint: exponere dignum ducimus. Idem plinius libro trigesimo sexto de onychite sic scribit. hunc aliqui lapidem alabastriten uocant: quem cauãt ad uasa unguentaria. quoniam optime ea incorrupta seruare dicitur. Nascitur circa thebas ægyptias & damascũ syriæ. hic cæteris candidior. probatissimus uero in carmania, mox in india: iam quidem & in Syria Asiaq;. Et ubi de nardo meminit: ait hoc modo. In nostro orbe proxime laudatur Syriacũ, mox gallicum, tertio loco creticum. Quibus e uerbis quia nobilissimum in Syria alabastriten lapidem: unde fiunt alabastra idest ampullæ unguentariæ: & nobilissimum prouenire nardum ad unguenda conficiẽda colligimus: asseueranter dicimus utrũq; Euangelistam alabastrum & nardinum unguentum nomi-

minasse : uti ostenderet utranq; rem fuisse preciosissimam. Licet & altera ratio addi possit q res hæc quam ipsi enarrant i syria acta fuerit: in qua sciunt omnes fuisse bethaniam. Quin illud a fide deuium nõ uidetur myrepsos ac mytopolas idest unguentorum confectores uẽditoresq; in syria consuesse in alabastris uenalia unguenta proponere ut peculiaribus eius regionis uasculis: ut p̃ciosæ rei preciosis conditoriis: ut deniq; a corrupte la seruantibus. Propertius in secundo. Cum dabitur syrio munere plenus onyx. Horatius in quarto carm. Nardi plenus onyx eliciet cadum. nam onyx idem cum alabastro ut ex Plinio supra mõstrauimus. Neq; prætereundum q alabaster masculino: alabastrus fœminino: alabastrum & alabastrium neutro genere dicitur. & alabastrotheca alabastrorum repositorium: itemq; alabastrorum gerulus alabastrophorus. ut ex pollucis sexto, septimo: ac decimo libro percerpitur. hoc tandem postremo loco lectorem iri monitum uolo hircolum herbam in codicibus plinianis hirculum impressores perperam scriptitasse. cum eam plinius ita appellatam censeat non q hirci imitetur effigiẽ. sed q hircum oleat: idest odorem hircino habeat grauitate & similitudine parem. Nec me latet a nonnullis nostri tẽporis uiris eruditis existimatum Ioannis non marci locum fuisse mendosum: ac utrobiq; nardi spicati non pistici legendum fuisse: qui græci exemplaris testimonio conuincuntur.

Retusa nonnullorũ calũnia a Seruio grãmatico super uulcani fabula de cælo præcipitati. Cap. III.

a Ntonius Constantius laureatus poeta & optimus parens meus: cuius nunc a laudibus supersedeo: ne in ore quasi proprio obsordescant: dicere solebat illum se ꝓ cõperto habere esse uirum doctum: qui multos insequentes litteratores haberet: ac præter alios in exemplum uocabat Seruium & Domitiũ. Sed de Domitio alias: nunc de Seruio aliquid pertractemus. Is cõmentarios in tria Virgilii opera lucubrauit adeo docte: diligenter: ingeniose: ut inde honorati grammatici titulum sit adeptus. Atq; hoc audacter dicã: stomachetur qui uelit: non parũ felicitatis accessisse maroni: q talem

suarum uigiliarum interp̄tem sibi habuisse contigerit. At is (dicet aliquis oblatrator) in multis hallucinatus est. & quid mirū? mortalis fuit. Sed non in tam multis ut quidam uociferant. In plurimis enim cæditur: in quibus (si extarent qui periertūt libri aut qui extant memoriæ tenerentur) cōmendatione dignus & laude foret. Et ne inaniter tibi locutus uidear: hoc in p̄sentia ꝓ teste apponam. In quarta bucolici lusus ecloga super id carmē Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est: ait, uulcanum a ioue propter deformitatem præcipitatum in lemnum. Quam fabulam ab eo confictam non pauci cōclamant. quoniam uulcanus (homero teste in primo iliados) nō propter deformitatē. Sed ꝙ matri in patrem iratum suppetias ferre uoluerit cælo deiectus fingatur. Quod & apud nos Balbus secundo argon. his pulcherrimis decantat uersibus.

Tempore quo primum fremitus insurgere opertos
Cælicolum: & regni sensit nouitate tumentes
Iuppiter: æthereæ nec stare silentia pacis:
Iunonem uolucri primum suspendit olympo
Horrendum chaos ostendens pœnasq; Barathri.
Mox etiam pauidæ tentantem uincula matris
Soluere prærupti uulcanum uertice cæli
Deuoluit. iuit ille polo noctemq; diemq;
Turbinis in morem: lemni cum littore tandem Insonuit.

At uideamus num aliunde seruius id acceperit. pausanias in attica. hæc quoq; græci narrant. Iunonem Vulcanū simul ac natus est abiecisse. Cuius iniuriæ memor auream sellam ei dono miserit additis uinculis: quæ cerni non poterant: atq; ita cum dea sederit uinctam fuisse. Sed bacchus: cui potissimum uulcanus fidebat: ebrium factum in cælum duxit. hactenus pausanias. Cuius ex uerbis dilucide apparet Seruium nostrum: quæ in commentario suo retulit non sine autore retulisse. At momus respondebit. seruius a ioue. pausanias a iunone deturbatū cælo uulcanum tradit. cui illud responsum uolo: fabulas uariari solere. Et cum propter deformitatem abiectum fuisse uulcanum Seruius fideliter scribat. credendum etiam esse eum scriptorem a quo id fuit mutuatus: hanc quoq; partem ita depin/

xisse:ut ab honorato interpte recensetur.

Historia ignotior de pyrrhi epyrotaru; regis ossibus dissipatis:qua uersus in ibin Ouidii declarantur. Cap. IIII.

O Pusculum ouidii in ibin:quod prudẽter ambagiosis refersit historiis:paucorũ manibus teri etiam eruditissimorum uidemus.Sed illud nos publice(nescio temere an audacter dixerim)i fanẽsi academia sumus intẽrptati,atq; ex diutina diligentiq; utriusq; linguæ scriptorũ lectione nonnulla inuenimus:quæ(q̃tu; uidere licuerit)nõ sũt ab aliis animaduersa:& ad illustrandum quædam in eo libello recondita non mediocriter faciunt.Atq;(ut incassum temp⁹ne teram)producam exempla.ibi reperiuntur hi uersus.

Nec tua q̃ pyrrhi felicius ossa quiescant:
  Sparsa per ambracias quæ iacuere uias.

In quibus si de pyrrho æacidæ filio intellectũ dixerimus ab historia recedemus: qua constat eum magnifice crematũ ab antigono redditum heleno filio:ut in epyrum ad sepulchrum deferretur.Aut igitur ad eam historiam poetam respexisse dicendum est:quam hieronymus cardianus tradit autore pausania libro primo.Scribens Lisymachum cum Agathocle omnẽ epyri prouinciam populantem ad regum conditoria peruenisse:illisq; euersis cadauerum ossa effudisse.Aut(quod nõ abesse a ueritate credi potest,licet autore indigeat)ossa pyrrhi intellexisse ab epyrotis fuisse dissipata postq̃ omnem eius stirpem deleuerunt.Licet eni; aduertas q͏̃ si ad hieronymi cardiani sententiã hoc referimus.non possumus de hoc pyrrho intelligere:quoniam is in humanis agebat cum id factum legimus a lisymacho.Nisi quis forte autor:cui⁹ opus non extet:unde mutuatus hanc historiam Ouidius fuerit:pyrrhum ante lisymachi mortem obiisse tradiderit:uaria.n.autores scribere & sæpe inuicem dissidere uidemns.Aut igitur pyrrhus achillis filius accipiẽdus est:unde regum epyri genus emanauit.Aut alter pyrrhus eius filius:quem iustinus in septimodecimo pialen.pausanias in attica pielum nuncupat.Aut aliquis alius pyrrhus: qui ab his ad

pyrrhum æacidæ filium interfuerit:cuiusmentio non habeat. Nam qui ab achille pyrrhi neoptoleminepote ad Tharritã pyrrhi æacidæ filii tritauum epyri reges medii fuerunt:fuerunt autem decemut colligimus ex pausania:qui alcetem Arymbæ patrem quintumdecimum a pyrrho achillis enumerat:non satis ñotos fuisse plutarchi testimonio comprobatur.tu lector ingeniose hic aliquid excogitato. non enim alia causa hanc tibi semitam patefecimus:nisi ut tu:quod nostrum non ualet ingenium:tuo mentis acumine interius procedas.donec caligantis historiæ nubes euanescat.

Pyrrhi necis autorem fuisse cererem:superq; ea re in eundem ibin carmen enucleatum. Cap.V.

P Ost superius memoratos uersus hi statim sequuntur.

Nataq; ut æacidæ iaculis moriaris adactis.
Non licet hoc cereri dissimulare scelus.

In quibus sine controuersia de Laodamia pyrrhi filia est intelligendum:uti & Domitius postea tetigit:& Laurentius noster abstemius uir nulla nõ laude dignissimus in suo de obscuris locis docto & eleganti libello facunde ac ingẽiose disseruit .Sed cur non licere cerereri scelus illud dissimulare poeta dixerit nõ dissimulanda uidetur opinio nostra.Ceres filiam uestigabunda cum argos aduenisset a pelasgo suscepta hospitio & a chrysanthe de raptu filiæ certior facta frugum sationem atq; alia illis exhibuit munera:Qua propter ab argiuis templum cultumq; recepit .Pyrrho autem intra argiuam urbem dimicante dea quæ ciuitatis tutelã gerebat:sumpta muliebri forma illum dẽ interemisse.Siue telo siue tegula id factũ fuerit nõ satis liquet. Autor pausanias libro primo Leuceam poetam in testimoniũ citans.Qua ex re nos talem huic carmini sensum coaptamus. Non licet hoc cereri dissimulare scelus.Non potest ceres dissimulare.i.negare id scelus laodamiam occidendi in suo templo fuisse patratum:quẽadmodũ potest dissimulare se necis pyrrhi

fuisse autorē. quia hoc sub mulieris specie scelus admisit: illud sub nullo uelamento patrauit. Neq;. n. quisq̄ ignorat agentes & consentientes eodem pariter crimine complicari. At dicet aliqs in æde dianæ non cereris iustinus id factum memorat. quomodo igitur hoc tuum inuentu3 ad cererem refers? huic respōdeo. si pyrrhum a cerere neci datum probo: si cereris templum argis fuisse ostendo: Si ouidius pyrrhi filiam in eius deæ sacrario cæsam testatur: nihil si iustinum nihil si contra omnes historicos adducas impedire. Quin ratio exigit ut putemus Laodamiam potius in cereris q̄ dianæ delubro trucidatam: utpote cum cererem in pyrrhi genus inuidiam concitasse credendum sit: q͏ꝫ is dilectam ab ipsa ciuitatē armis lacessiuerit: Nullamq; afferre causam in dianam possimus. Nisi si eam & cererem eandem esse dixerimus: ut meus Abstemius eruditissime docuit. quod tamen hoc mihi loco non consonat. Nam alia semita Leuceas & naso alia iustinus ingreditur. uti pulcherrima etiam ratione possem⁹ ostendere: quam consulto præterimus. ut ingenioso lectori aliquid inuestigandum relinquatur.

Anii deliorum regis fabula enarrata: qua nasonis uersus aperitur: atq; corrigitur. Cap. VI.

C Odrus urceus herberiensis: qui latinas græcasq; litteras multos annos magna cum laude bonōīæ docuit: in quodam sermone: quo multa poetarum ac soluta oratione scribentium loca perperam scripta aut perperam interpretata declarat: illius ouidiani carminis memoriā faciens. quod est tertiodecimo metamorphoseon.

Hunc anius: quo rege homines antistite phœbus
Rite colebatur: temploq; domoq; recepit.

Postq̄ anii fabulam paucis exposuit: hæc uerba subiunxit. hæc anii fabula quendam locum apud ouidium in ibin obscurum & a commentantibus corruptu3 declarat: nisi animus me fallit: Qui ualet ingenio excogitet. Quibus ego uerbis aurem mihi uelli existimans arrepto nasonis opusculo singulum quenq; uersum perpendere cæpi: ac tandem deis bene iuuantibus in hos deueni.

Aut ut amast riacis quondam lénæus ab oris
Nudus achillea destituaris humo.
Quos statim primo olfactu eos esse cognoui:quos olfecerat codrus. Ac posteriorem ex iis sic legendum
Nudus apollinea destituaris humo.ut delos intelligatur. Nam Diodorus in sexto bibliothecæ hanc fabulam tradit. Staphylo ac chrysotheidi fuisse tradunt filias tres:Molpadiam. Rheam. Partheniam. Rheam ab appolline compressam grauidam esse factam. patrem iratum tanq̃ ab homine corruptam in arca ĩclusam in mare deiecisse. Quæ cum in delum appulisset. filium peperit nomine Anium. Mulier p̃ter opinionem salutem assecuta infante post partum supra altare appollinis posito deum orauit ut si ex eo esset genitus puerum seruaret. Apollinem dicunt abscondito infante eius educandi curam cæpisse: moxq; diuinandi artem edoctum magno apud mortales honore affecisse. hactenus diodorus. Exponendus est autem Lenæus idest Anius a baccho:qui lenæi cognomine inter cœtera nuncupatur: originem ducens. Nam staphylus anii pater:qui a stephano:nisi codex mendosus sit:ananius nũcupatur:Bacchi filius fuit ex ariadna ut plutarchus in theseo scribit:uel ut aliis placet ex erigone icari filia:quæ in uuæ speciem ab hoc deo mutato compressa legitur. Ouid. sexto met. Liber ut Erigonen falsa deceperit uua. unde eorum filio nomen impositum staphylus:quia σταφυλη uuam significat. Licet aristophanis in plutum commentarius hunc non bacchi filium sed amicum appellet. De quo nõ p̃termittenda uidentur quæ probus uirgilii enarrator memoriæ tradit. qui nõ staphylum a staphyle:sed staphylen a staphylo dictam existimat. Sic enim in eum georgicorum uersum pocula q; inuentis a.m.u. scriptum relinquit. Aetolus pastor Staphylus cum œnei capellas in pabulum duceret notauit unam p̃cipue sedentem a grege lætiorem cæteris. recipientem se serius in præsepia. Cuius rei ut causam cognosceret secutus est eam clam. Et in remota stirpe animaduertit uuam edentem pomu; ei incognitum:& sustulit regiq; pertulit œneo. Qui expresso humore delectatus:cum eum uetustate cognosceret mitescere: libero patri apposuit accepto a se hospitio. Cuius rei cultum cu; demonstraret:Liber:ut perpetua inuentorum esset gloria: con-

stituit ut ab œneo œnon appellaretur uinum: a staphylo uua staphyle. hæc probus. Sed hoc etiam adde (quoniam in staphyli uenimus mentionem) eum primum uinum aqua misceri plinio teste docuisse.

Qui sit antæi frater in eodem opusculo. quosq; iouis neptuni ac terræ filios poetæ nuncupauerint Cap. VII.

Quæstioné adhuc īter eruditos eē uideo: quā nam historiā his in eodem opusculo uersibus naso significauerit.

Frater ut antæi quo sanguine debuit aras
Tinxit: & exemplis occidit ipse suis.

Ego: ut quæ alii nulla fulcti autoritate pro suo commodo fingunt omittam: Busirin autumo designari: qui apud iouis arā ubi ipse aduenas mactare consueuerat: ab hercule fuit trucidatus ut pherecydes in decimo nuptiarum iunonis scriptum reliquit teste appollonii commentario in quartum argon. ut cæteros transeam. neq; enim lex iustior ulla est q̃ necis artifices arte perire sua: ut in primo artis amatoriæ Ouidius cecinit. propter quod hoc loco ab eodem dictum uidemus Quo sanguine debuit aras Tinxit. Quod autem Busiris antæi frater fuerit idem apollonii cōmentarius probat: qui ex eiusdē pherecydis testimonio utrūq; neptuno natum ostendit. Licet Busiris libyā epaphi filiam teste eusebio. Antæus Terram matrem habuerit. Cæterum gellius quintodecimo libro (quod ad propositum facit) memoriæ tradit præstantissimos uirtute prudentia uirib' homines iouis filios a poetis nuncupatos: ut æacum minoa & Sarpedona. ferocissimos autem immanes & alienos ab omni humanitate tanquam e mari genitos neptuni filios appellatos: ut cyclopa Cercyona. & Lestrygonas. Quin (ut apud eundem apollonii interpretem in primum inuenies) poetarum est consuetudo monstrosi corporis homines terra genitos dicere: ut tityum: antæum: quem stephanus antæonem quoq; appellatū testatur: & id genus multos. Sic & callimachus atrocissimas feras terra ortas cōfingit. Nec ignoramus alia ratiōe terræ filios dici quorum genus ignoratur lactantio & Tertulliano autori-

bus.super qua re multa præ cæteris in miscellaneis politianus.

Cuiusmodi telo & quomodo ulysses occisus. Et sup id oui dianum carmen enodatum. Cap. VIII.

Ssibus inq; tuis teli genus hæreat illud:
o Dicitur icarii quo cecidisse gener.

In his Ouidii uersib' ulyssis morté designari néo ābigit. Sed cuiusmodi telo eú interfectú poeta describat non oīs agnouit. Nos cum diu hoc q̃sissemus: tandem apud Dyctin cretensem perpulchre declaratum inuenimus libro troianæ historiæ sexto in hanc sniam. Cum ulysses triennio postq̃ domum reuersus est crebris terreretur insomniis: coniectores acciri mādauit. a quibus responsu; accepit ut ab insidiis filii sibi caueret. Ea re audita ulysses Telemachum adhibitis custodibus i agros relegauit cephaleniæ: Seq; in abditis ac semotis occuluit locis. Per id tempus Telegonus eius ex circe filius ithacam summo patris cognoscendi desiderio uenit: hastile quoddam manu tenens osse marinæ turturis in summo armatú. Quæ peculiare insigne fuerat ææ insulæ: in qua in lucem editus erat. Cumq; certior esset factus ubi degeret pater: ad eum iter direxit. Ibi a custodibus agri suspectior habitus cum prohiberetur accessu multos ex iis uulnerauit: multos interfecit. Vlysses audito tumultu uerl tusq; aliquem esse ad se interficiendum missu; a Telemacho: arrepta lancea ad certaminis locum festinus accurrit. initoq; prælio: eo (quod diximus) iaculo imprudenter a Telegono est occisus. Quin & aristophanis commentator in plutum in transcursu huiusce facti facit mentioné, os illud marinæ turturis in summo iaculi κεντρὸν idest stimulum uocās. qm̄ ita fuerit acuminatum uti hastilium cuspides fieri consuescunt. q̧ si quis ét scire desiderat cuiusmodi fuerint ea somnia: quibus agitatus ulysses consuluit coniectores: ad eundé se cōferat dictyn. nobis enim idicasse locum haud parum fecisse uidetur.

De pausaniæ lacedæmonii infami obitu nodus eiusdem nasonis dissolutus. Cap. IX.

I circa nasoniatum ibin nimis imoratus alicui uideor
s sciat id factū ex idustria. qm̄ qui hactenus ann otamé

torum libros ediderunt:id opusculi ferme a limine salutauerũt pter duos in utraq; lingua doctissimos uiros Laurentium mẽ abstemiũ & codrum herberiensem.qui multas eiusce nemoris feras domuerũt:multa lenticeta collucarũt.inde & nos forsan peculiari uolumine multos uepres icidemus:Sed ĩ psentia hos saltẽ stirpit⁹ euellemus(nisi animũ uires defecerint)ut amplius nequeãt pullulascere.Cõsidera q̃so hos:quos pferã:uersus:& ab ouidião ibide ad alia eius & aliorũ multorũ difficilia itellectu loca aut informia illustranda spectandũ te ppara.uersus hi sũt.

Obstructusq; famẽ patiaris limine templi.

Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.

Quib⁹:aut ego somnio:aut pausaniæ cleombroti filii uiri lacedæmõii exitus designat.Is.n.ut æmylius testis est,pbus:cũ ab argilio adolescentulo olim turpiter dilecto pditionis patriæ cu; artabazo xerxis secretario detectus fuisset:ac pp id insequentibus ephoris in ædem mineruæ:q̃ chalciœcus uocabatur.confugisset:obstructis ab iis eius ædis ualuis matreq; ĩ primis ad claudendum filium lapidem afferẽte:ac tecto insup demolito:quo facilius sub dio interiret:aĩam turpissime ac miserabiliter simul efflauit.hic ãt pausanias cui⁹ fili⁹ fuerit æmylius pterit.S; cleombroto natũ Thucydides in pmo testaf.quod etiã ex plutarcho ĩ apophthegmatis laconicis intelligitur.nam medorum strage; ad platæas non alii pausaniæ q̃ cleombroti filio lacedæmonas acceptã ferre ostendit.At chalciœca uel(si more attico loq placet)chalciœcus minerua lacedæmõe uocabaf autore suida.uel q: χαλκοῦν οἶκον.i.æreã ædẽ adepta fuerit:uel q: a chalcidẽsibus ex eubœa pfugis ei⁹ ædes fuit ædificata.Cui⁹ idẽ plutarch⁹ in eisdẽ meminit apophthegmatis in archidamo Zeuxippi: & ĩ Lycurgo.Quẽ ait eã optiletin appellasse(oculos.n.dores optilos dicũt)q̃m itra ædem illius qdã alcãder noĩe unum e luminibus ipsi Lycurgo bacillo eruerit.

Ichnusæ uocabulũ capellæ restitutũ:deq; ei⁹ ac sandaliotis & sandalii significatu.Itẽ Sardonio risu:q in adagiũ cessit. cap.X.

m Artiani capellæ libros:quibus non iniocunda inuentione Mercurii ac philologiæ nuptiæ describũtur:esse eruditionis plenos.ac propter id perdifficiles nemo est qui nesciat. Sed difficiliores etiam

faciunt innumeræ in iis mendæ: quibus adeo dehonestantur ut uix limen contingentes statim deterreant: ac retro cedere faciant. Ex iis multas in transcursu correximus: inter quas & hanc libro sexto in his uerbis. Sardinia a Sardo Herculis appellata habet formam humanæ plantæ. deniq; Sandaliotes est appellata & signosa: q̄ utrinq; uestigii formā signat. Vbi nos hæc ita corrigimus. Indeq; sandaliotis ē appellata & Ichnusa. Sandaliū calcei genus ē: ut pollux uigesimo secundo septimi libri capite memoriæ tradit. Cuius ait mentionem fieri apud menandrum: herodotum: cephisodorum: cratinum & eupolin. quamuis eo℞ ultimus Sandalum uocauerit non San da ium. a quo Sandaliarius Romæ uicus ut Gellius octauo decimo scribit: in quo : puto: apollo cognomento Sandalarius: cuius pub. uictor ī quarta urbis regione statuam ponit: & Sandalothecæ idest sandalorum repositoria apud menandrum ī misogyne. A sandalo igitur calceo simili forma Sādaliotin dictā fuisse Sardiniā Martianus hic dicit. quæ & Ichnusa idest humani uestigii similitudinem tenēs nūcupata est. ἰχνόσ enim uestigiū dicit. Silius in duodecimo.

Insula fluctisono circum uallata profundo
Castigatur aquis: compressaq; gurgite terras
Enormes cohibet nudæ sub marginæ plantæ.
Vnde ichnusa prius graiis memorata colonis.

Eadem Sardon & sardo a græcis nominatur teste stephano: unde Sardonius deducitur. Sardonicus. & Sardous. Est autem illis prouerbium σαρδονιοσ γελωσ Sardonius risus. in eos: qui præseferunt lætitiā de re qua maxime anguntur. Cuius quia uaria interpretatio. non uidetur incongruum hic meminisse. Aliq enim hinc ductum uolunt q̄ nōnulli carchedoniorum coloni Sardiniam inhabitantes septuagesimum annum prætereuntes immolauere Saturno sese inuicem cum risu amplectentes. Turpe enim flere ac lamentari sibi censebant. Alii q̄ in Sardinia filii parentes senio confectos in foueas fustibus cæsos deiiciebāt: ibiq; sagittis conficiebant ridentes quam a filiis iniustitiam patiebantur ac uitæ finem bene & feliciter actum. Alii q̄ Talus ille æripes anteq̄ in cretam habitatum uenisset Sardiniam incolēs multos occidisset: quibus postea os aperiret. unde ab oris apertione Sardōium risum quasi sarodontium dictum censuerunt

σηρειῡ enim aperire ὀδόῡτα dentem græci appellāt. Alii quæ uulgatior & receptior est opinio: ꝙ in sardinia herba quædam nascitur in defluuiis fontium similis apiastro: cuius esu subitario dolore correpti homines diducto ore ueluti ridentes intereant. Autores lucillus & dydimus ī prouerbiis. Plutarchus. Seruius & Solinus. Cæterum: ut nihil dissimulē: Sandalium quoqꝫ pisidiæ locus fuit inter crēna positus & sagalassum: cuius meminit Stephanus & in decimo Strabo. Ferrarienses autem hodie Sandalum quoddam paruæ fluuiatilis scaphæ genus uocāt non aliam: opinor: ob causam: nisi ꝙ sandali uel sandalii calcei formam imitatur.

De cercyonis & Alopes interitu quædā memoriæ data: deqꝫ Aristotelis codice in ethicis deprauato. Cap. XI.

e

Ristotelis philosophorū homeri quotidie in manibꝰ is liber hī: q ethica ad nichomachū īscribitur ab eloquētissimo Leonardo arretino in latinum traductus Nec paucæ sunt in eo mēdæ scriptorū atqꝫ ipressoruꝫ īcuria. quæ interp̄tis culpæ sæpenumero ascribunť. Quarū una est q̄turpissima libro septimo: ubi hæc uerba leguntur. Nō .n. si quis uehementibus excessiuisq; uoluptatibus aut dolorībꝰ supe rať mirandū est: sed uenia dāda si cōtra nitēs. ceu theodecti phi loctetes a serpēte pcussus: uel carini malo pcion. ego collato co dice græco sic emendo. uel cancro in alope cercyon. Sed: ut fa bulam ītelligas: te scire uolumus cercyonē neptuno & amphy ctiōis filia natū: quē plato in septimo legū luctādi artē exercuis se testať: Alopē filiā habuisse: eāqꝫ: quia cū neptuno cōcubuisse & hyppothoontē genuisse resciuit: interfecisse. Qua re ab irato neptuno cancer marinus piscis emissus est: q eū suo morsu iteremit. De quibus tragœdiā texuit Cherilus atheniēsis Alopen nomine: in qua erat legere cercyonē a cācro morsū præ nimio dolore eiulantem ac sese distorquētem. ut in Theodecti tragœdia ob uulnus a serpente mortiferū philoctetes. Quos in p̄sentia in exemplū philosophus citat. Lege pausaniā tribus locis in attica. Stephanus sane duas fuisse alopas memoriæ tradit: unā cercyonis alterā actoris filiam. a cercyonis filia, pherecydes: ab actoris philonides Alopen in thessalia urbem dictam existimat: cuius homerus meminit in secundo iliados. Est & alope ciuitas in at-

tica ab hac priorẽ:ut opinor:fœmina uocabulum adepta:cuius etiam ibi monumentum uiſebaſ.Sunt & eiuſdem nominis quatuor aliæ urbes ut ſtephanus tradit:quas apud eum poteris repetire. Nec tamen tibi mirum uideri uelim cercyonis & philoctetæ fabulam uariari:cum idem non in fabulis tantũ ſed in hiſtoriis quoqꝫ perſæpe contingat.

Diſcuſſũ diligenter an Silius & Balbus fabuloſa uel uera tradiderint de ueſbio in indiam cineres eiectante Cap.XII.

e OEtarũ proprium eẽ pro cõmodo ſuo res fingere:unde illis nomen impoſitum:& fabulas chartis intertexere adeo recepta opinio:ut ſi quando non fabuloſum quid tradant:quod admirationem tamen pariat iectitãti:fabulari cenſeãtur.Cuiuſmodi ea forſan res eſt:quã de ueſeuo mõte ſilius italicus & ualerius flaccus exponunt.Ille.n. in ultimo punicorum in hunc modum canit.

Sic:ubi ui cæca tandem deuictus ad aſtra
Euomuit paſtos per Sæcula ueſbius ignes:
Et pelago & terris fuſa eſt uulcania peſtis:
Videre eoi:monſtrum admirabile:ſeres
Lanigeros cinere auſonio caneſcere lucos.

Hic in quarto argon.hoc modo.

Sic:ubi prorupti tonuit cum forte ueſeui
Heſperiæ lethalis apex:uixdum ignea montem
Torſit hyems:iamqꝫ eoas cinis induit urbes.

Quod ſi procopio fides aliqua adhibenda eſt:citra omnem fabuloſitatem id ſcriptum ab duobus his autoribus exiſtimabiſ. Nam de hoc monte in ſecũdo hiſtoriæ gotticæ libro ſic græcus hiſtoricus tradit.hoc tempore:anno inquam belli gottici quarto:qui Iuſtiniãni imperii duodecimus fuit: Veſbius mugitum edidit: Sed nihil euomuit. Licet omnium fere eſſet opinio aliquid eiectamenti a mugitu futurum: atqꝫ ob id Vicinos habitatores maximus teneret metus.Diſtat autem hic mons a neapoli ſtadiis ſeptuaginta uergens in ſeptẽtrionem:ac penitus in præceps tendẽs. Sed intra impẽdio arcuatus:extra ꝑcipitiis plenus. In cuius uertice ac medio ſpecus uiſitur ita profundum:ut uſqꝫ

ad montis fundamenta uideatur protendi, atq; hic: si quis intro spexerit: uidet ignem: illic flāmam sese in semetipsam uoluentē quorum utrunq; nihil tamen noxæ accolentibus facit. Cæterū quando ab hoc monte mugitus emittitur: haud multo post maxima cineris moles eructatur, adeo ut: si quis forte illac iter faciat: statim suffocet: & si quam supergressa fuerit domū: præ multitudine obruat: ac demoliatur. Quin: si quando accidit ut impetuosus quis uenti flatus tunc sæuiat: ita in summum is cinis tollitur: ut a quoq̄ uideri non possit: & ante q̄ terram attingat in loca ab oppido distantia perferat. Ferunt cum aliquando super constantinopolin cecidisset: tantū terroris iis incolis fuisse iniectū: ut ad auerruncandā dei iram supplicationes decreuerint. Quē & super Tripolin libyæ urbem aiunt cecidisse. Verūenimuero affirmant hunc mugitum singulis olim centenis annis & serius: postea citius fuisse auditum. Atq; hoc quoq; pro re comperta. Quoties accidit id genus materiam a uesbio eiectari: magnā fructuum copiam illis regionibus prouenire. Eo etiam loco aer est purgatissimus & ad hominis sanitatem mirifice faciens. unde multis ab hinc annis fieri ceptū: ut phthisicos in hunc montem mittere medici consueuerint. hæc uerba procopius. Quoq; licet magnam partem a proposito deuiam esse cognouerimus placuit tamen recitare: quia solemnia sunt, & lectu pulcherrima. atq; ut, si quando in nostra incideres epigrammata, distichon illud intelligeres: quod ad paulum palliolum fratrem iā diu scripsimus.

Qd̄ mea laudantur scripta intabescere Momum
Paule ais: ad uesbi dic eat ille jugum.

Sed postq̄ de Vesbio sermonem habuimus: hoc te ignorare nō uolumus: eum mōtem Vesbium, uesuuium & ueseuum appellari.

Purgatus a nōnollis uitiis Ausonius: & quid Tholumenos, isthi, cora, cicum, & Nauci significet. Cap. XIII.

e Xcutiamus aliquātulum quæso Ausonium poetam: uideamusq; nū aliquæ adhuc i eo pustulæ māserint: q̄ a duob⁹ sane doctis correctoribus animaduersæ non fuerit. Nec tamē oēs sed ex iformioribus quasdam

pertractemus. In rescripto ad paulum hæc uerba leguntur. Dissonū quoq; quē tolle nomen existimo ꝓprie a philologis appellatum: accreui in quibus hæ duæ uoces tolle nomen tollendæ & abradendæ sunt: ac pro iis tholumenon. i. θολούμενον quod turbidum proprio significatu significat: reponendum. nā θόλουμαι est turbari. Quam scripturā in manu scripto codice mediæ uetustatis obseruauimus. Vti & in epistola quadam ad paulinum: cuius initium est. Quanto me affecit beneficio: in his uerbis. Isti tamē (ita te & hesperium saluos habeā) ꝙ spaciū unius lucubratiúculæ effudi. isthi idest ἴσθι hoc est scias & effudi non effusi esse scribendū. Item in dimetro iambico ad probum ubi legitur.

Cui uigiles luminum.

Vacare dignabunt choreæ. nigellæ coræ esse castigandū. Significat. n. cora. idest κόρη ut pollucis utar uerbis ὀφθαλμῶν τὸ ἐν μέσῳ μέλαν. idest oculorum in medio nigrū: hoc est oculorum aciem: quæ & pupilla uocatur sicuti tullius scribit in secundo dedeorū natura. licet puellā uirginē deāq; proserpinā sæpenumero notet: ut plena sunt græcorum scriptorum uolumina. Et in epistola: quæ nuptiali cētoni preponitur: ubi ipressū cernitur. Nec afranius nauci daret: nec sticum suū plautus offerret: idem manu scriptus codex cicū non sticū consulit esse legendum. Est. n. cicum membrana tenuis: qua malum punicū interius discriminatur autoribus festo & uarrone ponitur ꝙ pro re uilissima & neglectui habita: ut nauci. Quod nonnulli mēbranulam esse aiūt: quæ in nucis iuglandis est medio alii cuiuscūq; rei putamen: ut aliam prudens omittam: quæ festus idem pōpeius enarrat.

Probe scriptum. Moderati uocabulum perperam mutatū ac de Crābe. Coramble. Raphano notabilia. Cap. XIIII.

C Olumellæ de hortorum cultu aureus propemodum liber īuenitur: in quo multum eruditionis multūq; iocunditatis. Sed meo plurima sunt: q̄ diutina indigent pensitatione. Quale hoc ē.

Nec ueniat quāuis oculis inimica coramble.

ubi quid per corāblē moderatus significare uoluerit, nō facile (ut opinor) inuenies qui tibi exponāt. Nos brassicā: quæ & caulis dicit: designari ex aristophanis in hippes cōmentario reperimus. cuius hæc sunt uerba q̄ pulcherrima sic tumultuatim a nobis in latinum translata: crambe apud atticos coramble δια τασ κορασ βλαπτειν. idest q͏ oculis noceat appellata. quam ex lycurgi oculis natā fuerunt. hūc. n. Bacchus extimescens uitibus ligatum ac collachrymantem proiecit in mare: ex cuius lachryma caulis est natus. proinde factū aiunt ut uitis & Brassica αντιπαθοσ. i. contrariam uim inuicem habeant. Credūt nāq͏ agricolarū filii uitē: cui appēsa fuerit brassicæ radix: sterilescere. atq͏ eam ob rē Brassica primū in symposio exhiberi & ab ægyptiis elixa ante alios cibos comedi solita: ut ebrietatem amoliretur. Hæc ille, quorum pars maxima a suida ēt recitatur. Sed (postq̄ de caule fieri cepta est mentio) non p̄tereamus: quod scitu dignissimum: eum Rhaphanū quoq͏ appellari testibus eodē aristophanis cōmentario in plutum: & iulio polluce in octauo sexti uoluminis capite. quorum posterior autore etiam nititur aristotele libro animalium. Rhaphanum autem siue Rhaphanida (nam priore modo cōmuni lingua posteriore attica declinatur) a nascendi celeritate nomē sortiri nemo dubitat (ραδιωσ enim subito φαινομαι est appareo) uti cramben: quā crābidion antiphanes nūcupauit: ab eo q͏ καρω αντιβαινεται. idest crapulæ aduersatur uocabulum adipisci. Sane Brassicam uisum hebetare etiam Galenus, Auicenna, Dioscoridesq͏ testātur, ebritatem inhibere idem auicenna, suidas, & cato. licet dioscorides Babylonicum tantum caulem ebrietati contrarium esse uideat sentire. Crapulæ mederi idem in re rustica cato Galenus, & Alexander memoriæ tradunt. inimiciciam cum uite gerere Tullius in secundo de deorum natura his uerbis. Iam uero uites sic clauiculis adminicula tanq̄ manibus apprendunt. atq͏ ita se erigūt ut animantes. Quin etiaȝ a caulibus brassicisq͏: si populati sint: ut a pestiferis & nocentibus refugere dicuntur: nec eos ulla ex parte contingere. Libuit autem hæc ciceronis uerba apponere: uti fertiliora ingenia excitaremus ad diligenter considerandūȝ num plinius libro nonodecimo ī his de raphano uerbis, Odiū iis cum uite maximū; refugitq͏ iuxta satos; sit hallucinatus. Naȝ

cum Rhaphanus brassicam:& quæ latina ac uernacula lingua radix appellatur:significet:facillime is autor apud aliquē scriptorem comperiens Rhaphanum eē uitibus inimicum, uerbi ambiguitate decipi potuit,ac de radice dictum id:quod de caule fuerit:existimare.hoc tamen testatum legentē uolo non ita a nobis statui:ut plinianam maiestatem omnino cædendam arbitremur.Nec pretereundum crambutin in ægypto urbem & crambusam insulam apud seleuciam isauriæ a stephano memorari,utrāq3(ut puto)a crambe.i.brassica noiatā:quāuis plini⁹ crambē brassicæ speciem autumet in uigesimo naturalis historiæ.Verum:ut ad columellæ carmen redeamus:Ioannes baptista pius bononiensis summa nobis familiaritate coniūctus : cui litterarum sititores non mediocriter debēt:cū e græcis latinisq3 penetralibus cotidie aliqd pulchrū ingeniosūq3 depromat:quo nostram illustret regionem:ut est uir candidus & humanus : & qui se a nobis haud simulanter amari ac uenerari iam diu nouit æquo aio patietur suam in eiusce uersus interp̄tatione sniam a suo(ut appellat) constantio nō probari.præcipueq3 cū is,ppe suspenso:ut aiunt:calamo ac modestiæ semper memor hanc : de qua diximus:incognitam sibi dictionem expugant.

Exemptum plinio mendum:deq3 Ancæi & chalcantis interitu ac prouerbio inter poculum & labrum. Cap. XV.

u Ereor ne iratos mihi habeam plinii manes:q superiore capite eius forsan erratum detexerim:qd ab ætate: qua fuit:i hūc usq3 diē nemo fortassis aduerterit.Qua re:ut si quā ex illato uulnere in me cōcepit inuidiā ex pte saltē si nō ex toto depōat:inueteratū ipsius ulcus litteraria cura sanare aggrediar:quod conniuentibus oculis ab omnibus est p̄teritū:cū saniosum sit,ac pinde minime contēnendū.Id est in trigesimoqnto nat.hist.in his uerbis·Aristophon:supple laudat:anchalo ab apro uulnerato cum socia doloris Astypale.qd ita sanare studebim⁹ ut ancæo in posterum oēs legant non anchalo.Ancæus enim astypalæa genitus & neptuno ab apro calydonio in inguine uulneratus interiit ut pherecydes teste apollonii in primū argon.comentario scribit:quē ouidius sequitur

octauo metamorphoseon. Aristoteles uero (ut idem apollonii tradit enarrator & zenobius in puerbiis) hūc ancæum ait agricolationi maxime delectatum uineam plantauisse: ac domesticis grauiter minatū fuisse si eam ingrederetur. unde ex iis quendam p̄ indignatione in hoc uerbum irrupisse. spē sibi esse uti nū q̄ ex ea fructum dominus foret gustaturus. Cum autem uuas uinea protulisset ancæum aduocato seruo congratulari eum sibi p̄cepisse: ac exp̄sso in calicem musto iamq; ori admoturum eidem dixisse uti uerbi olim prolati meminisset. Tunc seruum ex cepisse.

πολλὺ μεταξὺ πέλει κυλίκοσ καὶ χείλεοσ ἄκρου. id est (ut Theodorus Gazes in græcorum uerborum interp̄tamento quæ in Gellii noctibus uidere licet: fuit interpretatus)

Multa cadunt iter calicem supremaq; labra.

Quibus uerbis uix dum p̄fectis: Quendā nūciatū aduenisse q̄ ingentissimus aper uineta uastabat. Vnde excadescentem ancæū abiecto poculo in aprū irruisse: atq; ab eo fuisse interfectū. Quapropter serui dictum in prouerbium migrauit in eos: q sub certa consequendi aliquid spe rē quāpiam aggrediuntur. Nec ignoro fuisse quosdam (ut nonnulli scribunt) qui huiusmodi casuz chalcanti euenisse tradiderint. Cuius tamen obitus causam hāc fuisse hesiodus retulit autore strabone in quartodecimo geographiæ. Cum is cum amphiloco amphiarai filio e troiano bello reuertens apud clarum in mopsum incidisset augurem p̄stantissimum hoc illi proposuit.

Mirabor sane poteris si dicere ficus.

Quot numero hæc caprificus habet: perparua licet sit.

Cui mopsus.

Mille quidem decies: modius mensura: superq;

Vna sit: hanc nullo poteris comprēdere pacto.

Cūq; is numerus mensuraq; essent inuenta: chalcas p̄ dolore uita concessit. pherecydes uero (ut idē inquit strabo) monimentis mandauit pregnanti sue conspecta mopsum a chalcante interrogatum quot porcellos gereret tris respōdisse: atq; ex iis fœmellam unā: cūq; ita repertū fuisset p̄ nimio mœrore interiisse. Licet non desint qui dicant sue a chalcāte a Mopso caprifico p̄positis mopsus diuinasse chalcantē uero minime: & ob id præ

tristitia obiisse. Illud tamen est aduertendum duos fuisse ancæos: quorum utriusq; meminit appollonius primo argon. unu; lycurgi & antinoes filium patria arcadem: quem (ut aristomenes teste apollonii interpte scribit) arcades uenerantur. Alteru; neptuni & astypales: a qua astypalæa una cycladum nomen assumpsit. Sed e poetis quosdam hunc quosdam illum ab apro iterfectum sentire. unde ouidius noster more suo in transforma tionibus unam: in ibin alteram secutus est opinionem.

Equarum diomedis thracii fabulam detortam ex historia: & qua causa factum ut pro equabus equos pleriq; conscripserint. Cap. XVI

Diomedē thraciæ regem maior scriptorum numerus equos habuisse testatur: quibus humanas carnes porrigebat in cibum. minor autem equas. unde operæpretium factum me censeo si & dissensionis huiusce pariter & figmenti causam aperuero. Suidas ἐν τῷ Δ. ubi adagium hoc exponit Διομήδεια ἀνάγκη. idest diomedea necessitas: diomedem inquit thracem deformes habuisse filias: quibus hospites congredi primum cogebat: postea interficiebat. & ea propter in ualuisse sermonem: ei regi equas fuisse hominum carnem comedentes. Aristophanis uero cōmentator in comœdiā ἐκκλησιαζούσαι. i. concionantes: atq; in idem prouerbium: cui' suidas meminit & ibi utitur aristophanes: hæc scribit. Quæ nos latina sic fecimus. Necessitas diomedea. q diomedes thrax meretrices habens filias prætereuntes hospites cogebat ipsis cōmiscer i: donec satietatem caperent. & uiri consumerētur. has fabula equas uiricidas nuncupauit. hæc ille. Qui historicæ fidei interp̄tamento proximius q̄ suidas adhæsisse uidetur. Equarum sane furor coitum appetentium quantus sit nemo non nouit: unde festiuiter & apte simul mulieres in libidinem sese ferentes fabula equas nuncupauit. ut etiam concinne dixit hominum esitatrices: quæ aut hominum cædis post peractū concubitum causa essent ne furti diffamarentur in uulgus: aut uiros in ueneris lucta ita exercerēt ut dissoluerent penitus & elumbarent. Sed audi quæso si placet uersus nostros: quibus in Erotopæcnio poeti

cum hoc cōmentum enarramus.
Est quædam facie mulier tam turpis:ut ipse
Si diuum efficiat/uir suus esse negem.
Hæc illam se stulta facit:quam nomine ficto
Zenophilam semper carmina nostra uocant.
At/bene si spectes natarum dixeris unam
Illius:humana qui dape pauit equas.
Nanq; ita deformes genitas habuisse tyrannus
Is legitur(ueniat fabula ut unde scias)
Vt nullum in terris generum reperiret:& illas
Qui prece uel pretio uellet inire semel.
Sunt genus in uenerem thraces procliue:furebant
Instar equæ:adiungi cum sibi poscit equum.
Quid faciat genitor nescit:seq; anxius exest:
Inuenit hanc:quāuis scæua sit ipsa:uiam.
Externum:quicunq; suam ueniebat in oram:
Adduci captum protinus ipse iubet.
Inde suis cogit genitis ex ordine cunctis
Misceri:& coitus exatiare famem.
Sed tantam satiare famez/ rabiemq; leuare
Quis queat:& per tot bella mouere uices?
Ex chalybe aut ferro totos ue adamante necesse
Et spinam & lumbos illius esse :foret
Vix etenim descensus equo conscendere rursum
Cogitur:& nulla est nocte dieq; quies.
Hæc sibi uult:uult illa sibi:laniantq; trahuntq;
Sic:ut ab iis nullus deniq; uiuus eat.
Nam uitam exhaustis opus est finire medullis:
Aut ferro:nulli prodat ut acta:mori.
Hinc data materia est uulgatæ pulchra fabellæ:
Discerpsisse homines iam diomedis equas.&c.

Licet aūt animaduertere q̄ ιππος cōi/apud græcos gn̄e equūz equāq; significat.unde factum arbitror ut quicūq; scriptores historiam ignorabant/dictionem hanc uirili generi tāq̄ nobiliori applicuerint:quæ fœmineo decētius erat accōmodanda ,cū: de quibus contextus est fabulosus hic sermo: fœminas constet fuisse non uiros.Suffragantur sane huic rei ēt uerba quæ legū.

tũr in stephano. Ἄβδηρα πόλεις δύο. ἡ μὲν θρᾴκης ἀπὸ ἀβδήριτου τοῦ υἱοῦ ἠρίμου ἡρακλέους ἐρωμένου: ὃν αἱ διομήδους ἵπποι διεσπάσαντο. ὡς ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι φασίν. Abdera ciuitates duæ. una quidem thraciæ ab abderito erimi filio herculis comite: quem diomedis equæ dis cerpserunt: ut hellanicus & alii dicunt. ubi ἵπποι fœminino non masculino articulo adiunguntur. Astipulatur & probus in eũ uirgilii uersum tertio geor. quo tempore glauci potniades malis mẽbra absumpsere quadrigæ. equas inquiẽs quæ glaucũ morsibus lacerauerunt existimatas a quibusdam equas diomedis fuisse: quas hercules ad eurystheum perduxerit. Quin & in deianira ouidiana in omnib⁹: quæ hactenus uidere licuerit: exemplaribus sic reperio. Non hominum pingues cæde tacentur equæ. Cæterũ in Simõidis epigrãmate: qᵈ est in primo græcoru3 epigrãmatũ libro: diomedis filiæ γραῖαι. i. uetulæ nominãtur: non aliam (opinor) ob causam: nisi q eæ innubæ consenuerint: quoniam ob maximam deformitatem cui se matrimonio iungerent non inuenirent. unde ille in uenerem furor & in aduenas sçæuitia emanauit.

Abolitum nasonis amoribus uerbum: ubi phineus pro phemio legebatur. Cap. XVII.

a Pud nasonem libro tertio ad corynnã mendosũ hoc carmen reperies. Quid iuuat ad surdas cantet si phineus aures? Quod meo piculo ita corrige: ut phemi⁹ legat non phineus. Fuit n. phemius ithacensis poeta ut eusebius decimo præparationis euangelicæ tradit: ac Terpii filius ut inquit homerus: pulsandæq; citharæ peritia & cãtandi arte celeberrimus. Quem in domum ulyssis ad id ministerium a procis necessitate adductum idem poeta testat: ac ꝑpterea uitã ei ab ulysse cõdonatã: q nihil intra ipsius domũ cõtumeliosũ ediderat. ei⁹ uersus in uigesimo secũdo odysseæ sũt hui⁹ mõi.

τερπιάδης δ' ἔτ' ἀοιδὸς ἀλύσκαζε κῆρα μέλαιναν
φήμιος. ὅς ῥ' ἤειδε μετὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ.

idest (ut uerbum uerbo reddamus)

Terpiades autem & cantor effugit mortem nigram i

Phemius.qui utiq; cantabat cũm procis necessitate.
In primo quoq; eius operis libro citharœdum hunc flebilẽ cantilenam ĩprosperæ nauigationis græcorũ troia redeuntium cecinisse inuenies.Nobis hæc duo carmina in fidem adduxisse satis esse uidetur.inuenio autem duos p̃ter hunc phemios. Vnũ patria smyrneum homeri p̃ceptorẽ altorẽq;.in cuius rei gratiã poeta phemium citharœdum in odyssea effinxit ut herodotus in uita eius testatur. Alterum ampycis filium teste stephano: a quo phemiæ in arnæa ciuitas fuerunt appellatæ. Phineũ certe cantandi peritiam habuisse nusq̃ legisse me memini.Nec si eum cantorem fuisse ostenderes:hoc loco posses sine carminis luxatione concludere.nam φινεὺσ bisyllabum nomen est non trisyllabũ:ut ex quarto & quinto casu singularis numeri qui græcarum litterarũ etiam sit ignarus potest considerare. nisi spondeum quintæ carminis sedi concederes:quæ dactylum libenti⁹ recipit. Verum (quia phinei facta est mentio) hoc quoq; a nobis pro mantissa accipies:ut p̃fectius hoc ouidii carmen intelligas Vt duo phineidæ: quibus idẽ lumẽ ademit. Qui dedit. phinei ex cleopatra filios:quos ipse occecauit:oryithum & crambin a sophocle nuncupari. Quorum tamen priorem apollonii commentarius in secundum argon.alios secutus autores partheniũ appellauit.

Archontum magistratum fuisse athenis: de quo spartianus & Trebellius meminere. Cap. XVIII.

n Ideo non mediocriter ab eruditis etiam uiris dubitari. Quidnã ælius spartian⁹ ĩ hadriani uita his sibi uerbis uoluerit. Et athenis archon fuit.&:quod minime censeo tolerandum:quendã sane litteratum hominẽ suum corrupisse codicem iam diu agnosco:archos:quæ dictio principem in quacũq; re uelis significat:substituẽtem.unde succurrendum nobilissimo historico duxi:ne forte (ut satyri dicto utar) grex totus in agris Vnius scabie cadat & porrigine porci. Archon igitur addita tamen haspiratione omnino scribendũ est. Nam ut octauo libro testis est pollux:nouem uirorum magistratus athenis creabatur:quos archontes nominabant.ac eo

rum primus cognomini nomine archon:ideſt archontum primarius:ſecundus βασίλευσ.ideſt rex:tertius πολέμαρχοσ. ideſt belli pfectus: reliqui ſex Theſmothetæ.ideſt legiſlatores dicebātur.Sed erant quædam ciuitatis negocia quibus omnes intereſſe oportebat:quædam uero quæ ad unam quatuor ut diuiſimus partium ptinebant.&:quod ſcitu dignum eſt:ab archōte athenienſes-uti a conſulibus romani tempora colligebant. Atq; ii magiſtratus ſingulis annis mutabātur:ut etiam romæ conſules:uti ex pauſania in attica & in ariſtophanis eccleſiazuſas cōmentario colligi datur. De his autem magiſtratibus nōnulla plutarchus in politicis. & in periclis uita commemorat. ubi archontem latini interpretes prætorem uerterunt:cu; aptius omnino nomen inueniri nō poſſet. Vt ad ſpartianum ergo ueniamus:cum is adrianum athenis ait archontem geſſiſſe:principem archontū intelligit:qui cæteris erat nobilior & honorificētior.uti in patria mea inter eos:qui primores nuncupantur:is habetur honoratiſſimus:quem u xilliferum appellamus. De archonte Trebellius polio in uita galenorum ſic ſcribit.Cum tamen ſibi milites dignum principem quærerent:Galenus apud athenas atchon erat ideſt ſummus magiſtratus:uanitate illa: q̄ & ciuis aſcribi deſiderabat:& ſacris omnibus intereſſe.

De ſolis & deorum menſa-Memnonio- ac labiryntho ægypti:de quibus fere omnibus ſpartianus:& ſatyri loco non intellecto. Cap. XIX.

S Eueri imperatoris uitam idem ſpartianus docte diligenterq; conſcripſit:in qua non pauca ſun t:quæ nō ſine multa lectione poſſunt intelligi.Qualia ſūt hæc uerba.Nam & mēſam & memnonem & pyramidas & Labirynthum diligenter inſpexit.In quibus: præter ægypti pyramidas:quæ inter ſeptem mundi miracula numeratæ ita ſūt decantatæ hiſtoriis ut noſtra enarratione non egeant: cætera interpretationem uidentur expoſcere.Menſa hæc:ad quam ſe uerus acceſſit:non eſt(ut aliqui poſſent exiſtimare)aſtypalea inter cycladas inſulas famigerata:quæ ob florum continuam copiam θεῶν τράπεζα.ideſt deorum mēſa fuit nūcupata ut ſte-

phanius scribit. Sed ē in æthiopia locus ἡλίου τράπεζα hoc est solis mensa a pomponio mella & Solino appellatus. Ad quem assa omnium quadrupedum carne refertum: quam singuli ciuium magistratus per noctem ponebant: omnibus licebat exorta luce epulatum accedere. Erant tamen indigenarum uoces: eā carnem assidue ab ipsa terra proferri. atq; ob id solis uocabant mensam. i. in qua diuinitus epulæ cum sole simul inascerēt. Ad quā uisendam apollonius tyaneus se contulit teste diuo hieronymo: & cambyses legatos misit autore herodoto in Thalia. Mēnon, p mēnonio. i. memnonis statua accipiēdus est: quā strabo in septimodecimo & pausanias ī attica a se uisa3 memoriæ tradunt. Strabonis hæc uerba sunt. Hic (thebis inq̄ ægyptiis) cū duo colossi sint ex integris lapidibus inter se propinq: alter quidem seruatur: alterius uero superiores a sede partes corruerunt facto (ut fama est) terræmotu. Creditur etiam semel in die sonitum quendam ictu haud magno effici a partē: q̄ in sede ac basi est. Atq; cum ego ibi cum ælio gallo adessem & cū reliqua multitudine amicorum ac militum: qui cum eo erant: circiter hora3 primam sonitum audiui: siue a basi, siue a colosso, siue a circunstantibus de industria factum. id. n. haudquaq̄ affirmarim. cum propter incertam causam oīa magis subeant ut credam: q̄ ex lapidibus sic compositis crepitum edi. Pausaniæ uero hæc. Multo tamen maiore me affecit admiratione ægyptioru3 colossus: qui thebis ægyptiis est postq̄ nilum traieceris. uidi ad hoc usq; tempus statuam sedentem iuxta eum locum: quem syringas uocant. Eum pleriq; pelusini memnoné uocant: quem ex æthiopia profectum in ægyptum uenisse arbitrantur ab susis usq;. Thebani memnonem negant. Sed quendam popularem suum eē aiūt cuius ea statua sit. Audiui etiam qui hanc sesostri statuā tribuāt: quam cambyses mutilauerit. Nūc quoq; ea pars: quæ capite ad medium corpus extenditur distracta est: Reliquum corpus sedet: & cotidie oriente sole insonat. Quem sonitum similem dixeris diruptæ cordæ lyræ aut citharæ. hucusq; pausanias. Cuius uerbis ille iuuenalis uersus satyra quintadecima aperitur Dimidio magicæ resonant ubi memnone chordæ: quem interpretes medullitus non inspexerant. Memini uero huiusce rei a pleriq; aliis fieri mentionem: quos consulto p̄tereo: p̄cipueq; a phi

lostrato in apollonii uita. Labirynthus ea est: quam paulo supra mœridis stagnum uersus crocodilorum urbem in egypto duodecim ægyptiorum reges cōmune sui monumentum ædificarunt: quam fama maiorem a se spectatam herodotus scribit in euterpe. & ea propter locupletissima illam descriptiōe illustrat Nos (ne nimis uerbosi uideamur) ad illum te lector candide delegamus.

Cyphi uocabulum lampridio redditum. Et cur eum sinistra teneat deorum mater. Cap. XX.

AElius quoq; lampridius nonnullas romanorum imperatorum uitas monumentis mandauit plenas eruditionis: & non illotis manibus attingendas. Quas maculæ tamen plurimæ deformarunt: nō nisi ab oculatis impendio uiris aduertendæ. cuiusmodi ea est: q̄ in Antonino heliogabalo uisitur in his uerbis. Heliogabalu; in palatino monte iuxta ædes imperatorias consecrauit: eiq; templum fecit. Studens & matris typum & uestæ ignem & palladiu; & ancylia & omnia romanis ueneranda in illud trāsferre templum. Vbi memini quosdam matris typum. i. matris deorum imaginem seu simulachrum interpretari. Quod q̄ longe a uero sit (ut rationes omittam: quas posse; adducere) uel hæc: quæ inferius leges: uerba demonstrant. Matris etiam deinde sacra accepit: & adeo ebacchatus est ut typhum eriperet & alia sacra: quæ penitus habentur condita. Ego mendosam hanc dictionem utroq; loco esse existimo, nec typhum uel typum sed cyphū legi oportere. Non enim ignoramus deorum matrem numen isidi esse commune uel apulei (ut cæteros taceam) testimonio. Quæ peculiaris ægypti genius figurari consueuerat dextra manu sistrū idest æneum tenens crepitaculum: sinistra situlam. ut idem apuleius in undecimo asini & seruius in octauum æneidos scriptū reliquere. per sistri autem motum nili accessus recessusq; per situlam oīum lacunarū fluentiam significari: qa isis ægyptioꝝ līgua terra sit: ab eodē honorato docemur. Sed quā serui⁹ situlā Lāpridius cyphū, pausanias phialā, Apuleius cymbiū nūcupat:

quæ in idem cadũt. Licet cyphus: q̃ & scyphus dicitur & herculis proprius est ut bacchi cantharus autore macrobio: uinarius cyathus sit pollucis testimõio & uirgilii. Qui in septimo æn. ait. hoc pater anchises cypho libabat ad aras. tametsi in oib⁹ fere codicibus hic uersus sit deprauatus.

Nasati uel Vasati Oni & Onobeli apud eundẽ lampridiũ qui uocentur. Cap. XXI

In eiusdem heliogabali uita hæc uerba leguntur. Lauacrum publicum in ædibus aulicis fecit simul & palã populo exhibuit: ut ex eo conditiones bene uasatorũ hoium colligeret. Idq; diligenter curatũ est ut ex tota pẽitus urbe atq; ex nauticis monobolos q̃rerẽt. sic eos appellabat q̃ uiriliores uidebant. In qbus sũt q nasatorũ hominũ (qd & pleriq; codices scriptũ seruãt) legẽdũ cõtẽdat. qm̃ tritũ sit uulgi ore uerbũ: ex nasi forma hoiem nosci utrũ bñ peculiatus sit nec ne. uñ ẽpigrãmatarius uates. Mẽtula tã lõga ẽ tantus tibi papile nasus. Licet ridiculũ illud de fœmina adulterãte contra referat: q̃ cũ delectũ sibi quẽdã naso cõspicuũ parũ uenereis armis munitum inuenisset: apprẽso illi⁹ naso suspirãs ait. O nase nase ut decepisti me. Ego uasatorũ libentius lego hac rõne psuasus. q si nasatos hoies ediscere gabalus uoluisset: nõ erat ob id opus ut balneũ populo exhiberet. cum eos alia uia citi⁹ & nulla ĩpẽsa potuisset cognoscere. Sed is nullo meliori mõ mutõiatos seligi posse existimauit q̃ si lauacrũ cõderet: ĩ quo (qa nudari ĩtroeũtes necessũ erat) singulũ quẽq; ĩdagatores specularẽt ut esset (adsit uerbo reuerentia) pene instructus. Vasatos autẽ a uasis: q̃ p pudendis interdũ accipiuntur q sint ueluti seminis phiala dictos intellige. De uasis ĩ hoc significatu ĩ priapeis sit mẽtio. Hic legimus circen atlãtiadenq; calypso.

Grãdia dulychii uasa tulisse uiri. licet in mẽdosis codicibus aliter scriptũ appareat. Sed hoc nõ dissimulandũ in lampridii uerbis: q̃ supra citauimus: non ex nauticis sed ex aulicis: nec monobolos sed onobelos esse scribendum. ut sit sensus: Diligenter curatũ ab iis: qb⁹ ea cura erat demãdata: ut ex tota urbe & domestica familia uestigarẽt q obelo. i. semĩali mẽbro magis cõspicui

forent:ut inter quadrupedes oni.i.asini memorantur. Onobel⁹ enim asininum ueru interpretat. Cōmodus antoninus (ut idē lāpridius scribit) hominem quendā uerenda supellectile ultra modum spectabilem onon.i.asinū nūcupauit: unde coniectandi cā suggeritur onobelos huic loco esse restituēdum. Quin & apud iuuenalem satyra nona & in priapeis epigrāmatis magno peculio pditum asellū inuenies appellari. Illud autem posteros testatum uelim me in hæc quæ nō sine maximo pudore dici queūt haud libenter delabi. Sed interdum uelimus nolimus si remp. litterariā subleuare non desistimus opus est in ipsa ēt incidisse. ego quantum in me erit huiusmodi si qua contigerint ptextu uerborum operiam.

Canis & uulpis fabula in lapides mutatorū: ac decanum nominibus digna cognitu. Cap. XXII.

m Artialis poetæ lepidissimi epigramma est in undecīo libro in canem: cui nomen Lydia in quo hi uersus.
Nec qui dictæa cephalum de gente secutus.
Luciferæ pariter uenit in astra deæ.

Quos ut plenius intelligas: quæ super cephali cane inuenimus pter ea quæ a domitio ex igino doceberis: cuȝ adhuc (qd sciā) a latinis cōmentariis in memoriam data non fuerint: referre factu pulchrum & iocundū auditu censuimus. Cum uulcanus canem ex ære monesio fabricasset euȝ ioui patri dono dedit: iuppiter europæ: Europa minoi: Minos procridi: procris cephalo. Cui natura ingenita fuerat a uulcano ut ineuitabilis feris esset: quēadmodum teumesia uulpes inapprehensibilis. Atq; id propter ambo mutati fuerunt in saxū: hic ne inapprēsibilē caperet uulpem: illa ne ineuitabilem effugeret canē. Ab eodē sane chaonidas & molosidas canes aiūt oriundas fuisse. autor iulius pollux libri septimi capite quarto. Monesium autem æs a moneso insula prope chalcedonem dictum accipe: quam demonesum stephanus nuncupat. In ea.n. maxima cyani chrysocollæ auri & aliorum metallorū copia fuit. Teumesiaȝ uero uulpē a Teumesso bœotiæ monte: ut idem testis est stephanus. Et quia in canis mentione uersamur hoc etiam addendū censuimus qd a Xe-

nophonte in libro de uenatione & a columella in octauo rei rusticæ scribitur. Canum nomina breuia impõi debere ac duas non excedentia syllabas, ut celeriter audiant celeriterq; uocent. Cuiusmodi nomen Erigones cani inditu; fuit. qui Mœra idest fatum atq; pernicies fuit appellatus. Vnde illud exiit iuuenalis satyra octaua. Nomen erit tygris, pardus, leo. Sed nec hoc præteribo: Domitii commentarios in horum martialis uersuum interpretatione esse corruptos: ubi legis iouem hunc canem dedisse procridi: q ab ea ægritudine esset liberatus. quoniam iginus: cuius testimonio utitur calderinus: non iouem sed minoem tradit a procride fuisse sanatũ. Hoc ego non uiro eruditissimo sed impressoribus erratum ascribo. Qui is sunt: qui non sine piaculo fieri censeo ut cum turpis error a uiro docto & de litteris bene merito potest citra eius ignominiam amoueri: eidem nulla ratione habita impingatur. Noui ætate nostra nõ adeo paucos: qui tum demum se cælum uertice tangere existimant: cum alicui litteratõ & boni nominis uiro illatrare possunt: & suo modo iurgiis inclamare. Sed ii tandem id consequuntur: q e proborum centuriis exploduntur.

Pitho deam nunc uenerem nunc seiunctum ab ea numen esse contra quorundam inscitiam. Cap. XXIII.

a Vdio a nonnullis: quos (ne a moribus meis absim) nominare non placet: me non mediocriter cæsum: q epigramma quoddam Meleagri poetæ in Zenophilæ gratia; (Sic enim terrestre numen nostrũ eius exẽplo appellamus) in latinum traducens pitho: quam latini nunc suadam nunc suadelam nunc leporem uocant: pro uenere acceperim. cum ea diuersa prorsus a uenere sit, ac longe semota: ut Oratii testimonio apparet cum ait.

Sed bene numatum decorat suadela: uenusq;.

Græci uersus hi sunt libro epigrãmatum septimo.

ηδη λ' η φιλεραστος εν ἄνθεσιν ὡριμον ἄνθος
Ζηνοφιλα. πειθους ἡδυ τεθηλε ῥοδον.

Nostri hoc modo.

Iam ueneris rosa grata & flos maturrimus exit

Zenophila aligero ſemper amica deo.
Calumniatoribus igitur reſponſum uolumus non diffiteri nos apud oratium & pleroſq; alios pitho uenerē non eſſe: ut apud pauſaniam in primo de trœzeniis.uenerem communem :quā theſeus a tribubus ad ciuitatem duxit:una cum pitho ex illi⁹ inſtituto uenerantur.& in epigrammate Leontii ſcholaſtici in ſaltatricem Byzantinā libro quarto his carminibus.
Ουνομ εχεῖσ λιβανου.χαρίτων δεμασ.ηθεα πειθοῦσ.
παρθενε.και παφίησ κεστὸν ὑπ' ἐκλαγόνων.idest.
Nomen habes thuris:charitum corpus:mores pithus.
O uirgo:& paphiæ ceſtum ſub tegendis.
Sed interdum quoq; pro uenere poni ratione & autoritate contendimus.Quantum ad rationem attinet hoc dicimus. Nonne pitho leporem uocauit Tullius libro de oratore tertio? procul dubio.Nos autem leporem nonne etiam uenerem nuncupamus: ut cum dicimus homeri uerſus non eam uenerem in latinum tralatos præ ſe ferre:quam græce prolati habent? certe. Ergo uenus & pitho ſæpenumero non diuerſæ. Autoritates impenſe multas afferre poſſem ſi uellem:Sed unam tantum eamq; inuincibilem adducam ne uerboſior dicar.heſiodus in georgicis:ubi pandoræ fabulam exponit:ſic ait
καὶ χάριν.αμφιχέαι κεφαλη χρυσῆν ἀφροδίτην.
Et gratiam circunfundere(iuppiter iuſſit)auream uenerem.poſtea quas ſupra memorauit deas rurſum enumerans ſubdit.
αμφὶ δὲ οἱ χάριτεσ τε θεαὶ καὶ πότνια πειθὼ
Ορμουσ χρυσείουσ εθεσαν χροὶ
Circa autem eam gratiæq; deæ & ueneranda pitho
Monilia aurea poſuerunt corpori.
Sed nonne apertiſſime intelligi datur pitho pro uenere accipiendam in eo:quod traduximus:epigrammate:quoniam roſam illi amicam autumat.Quam ueneri aſſignari elegidium uirgilii ac cæteri ſcriptores pariter: comitante etiam duplici aphthonii & Libanii fabula:tradiderunt? Taceant igitur latratores & uellicare deſinant quos ipſi nec doctrina nec ingenio (quod citra tamen iactantiam dictum uelim)nunquam ſunt aſſecuturi.

Prognes & philomelæ fabulã uariari: exemptumq; a uellicã tibus carmen nostrum. Cap. XXIIII.

e Xtuderã olim adolescentulus tetrastichon epitaphiũ in octauium cleophilum uatem fanensem: cum quo ipsas periisse gratias & musas dixerim: adeo lepidos, illicibiles, dulces, sonoros uersus cõponebat. In eo ꝓgnem posuimus pro luscinia: Quod statim ut exiuit in publicũ a duobus: qui in romana academia profitebant̃: fuit cum derisu autoris tanq̃ protritæ fabulæ parum conscii dãnatum. Qua ꝓpter ut ei: qui superest (nam alter humanis decessit) ostendam ĩscitiam suam: atq; hoc exẽplo doceam alios: q̃cunq; sunt natura propensi ad cauillandum: in alienis rebus non esse desubito iudicium proferendũ: producere autores statuo: a quibus cõsilium cæpi cu; prognẽ pro luscinia scripsi. Zenobius in prouerbiorum epitomatibus ubi adagium hoc exponit Δαυλιαν κορωνην. idest dauliam cornice; prognẽ ait in aedona. i. lusciniã & philomelam in chelidona. i. hirundinem fuisse mutatas. Cui suffragatur illud: quod in aristophanis in ranas cõmentario legimus: ityn aedonis filium lugubri eius cantilena defleri. & ne quis græcæ litteraturæ ignarus confingi hæc a nobis fortasse existimet: afferam & uarrõis in de lingua latina testimoniu;: qui sic scribit. Lusciniola q; luctuose canere existimat̃ atq; esse ex attica progne in luctu facta auis. Quin & probus uirgilianus interpres in hirundinẽ inquit philomela fertur ab aliis nõ progne uersa. Agnoscat igitur errorem suum meorum carminum uellicator: & discat domi interdum nostræ meliora nasci q̃ suæ.

Quercum dodoniam æque uocalẽ fuisse ut columbã: supq; ea re declaratus ouidii metamorphoseon uersus. Cap. XXV.

u Ocalemq; sua terram dodonida quercu.
Hic ouidii uersus tertio decimo met. non recte forsitan a quibusdam est interp̃tatus intelligentibus per quercum columba; significari: quæ illic quercui insidens responsa mortalibus daret: ut testis est herodotus in euterpe. Nam ad alteram fabulam poeta uidet̃ aspicere: q̃ dodoniã

quercum per se uocalem fuisse confingit.ut apud appollonii in terptem primo argonauticon cōmentario inuenimus:qui hūc homeri uersum ex quartodecimo odysseæ testem adducit.
οφρα θεοιο.
ἐκ δρυὸς υψικόμοιο βουλὴν ἐπακούσοι.
Vt diuina
Ex quercu altitoma consilium audiat.
Quin & stephanus ubi de dodona agitur scribit in hæc uerba
Ζηνόδοτος δὲ γράφει γωμαιος επει εμ δωδωνη πρῶτομ φηγὸς εμαντευετο.Zenodotus autem scribit gonæus q̃ in dodone primum fagus uaticinata est. Quod & plato in phedro affirmat his uerbis .Qui in iouis dodonæi templo uersantur ex quercu sermones primos fatidicos erupisse asserunt.
Nec non idem ouidius in tertio de corynna sic dicens.
Sed glandem quercus oracula prima ferebant.
Probus quoq; uirgilii cōmentator in illud primi geor. carmen Chaoniam pingui glandem mutauit arista:memoriæ tradit ad Dodonæi iouis oraculum quercum æque fuisse uocalem ut cō lumbas:& consulentibus dedisse responsa.Quod statius ĩ octa uo th.tetigisse uidetur.cum ait.
Quin & cornigeri uatis nemus.atq; molossi
Quercus anhela iouis.troianaq; thymbra tacebit.
Et claudianus de uictoria stiliconis in Alaricum inquiens.
Nec dodonea subegit.
Agmina fatidicam frustra iactantia quercum.
ac de tertio consulatu honorii.
Rursusq; locutæ.
In te chaoniæ mouerunt carmian quercus.
Illud quoq; non dissimulandū apollonium rhodium primo ar gon.tradidisse huius arboris lignum a minerua argo naui fuisse intertextum:uti myniis cum opus esset consilium daret.Qua re fatidicam ratem sine controuersia Balbus in sui operis prin cipio illam appellauit.de qua hæc iginus.Eschylus autem & nō nulli aiunt a minerua quandam materiam loquentem eodem esse coniunctam.& idem probus in secundo geor.cōmentario super hunc uersū.Atq; habitæ graiis oracula quercus.existimāt (inquit)in dodonæi iouis oraculo quercum uocalem fuisse:ex

qua lignum minerua argonautis dederit ut futura prædiceret.
Nec non claudianus in eodem quem prius citauimus libro.

Licet omnia uates
In maius celebrata ferant. ipsamq; secandis
Argois trabibus iactent sudasse mineruam.
Nec nemoris tantum iunxisse carentia sensu
Robora: Sed cæso tomari iouis augure luco
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.

Erit igitur melior expositio si terram dodonida uocalem sua quercu. idest propter quercum ex semetipsa oracula proferentem apud nasonem interpretabimur: q̃ si ad columbas referemus ab eiusmodi arbore futura hominibus præcinentes.

Corruptæ quædam uoces in eisdem nasonis transformationibus emendatæ. Cap. XXVI.

Egitur in eodem metamorphoseon libro hic uersus
1 sub ulyssis persona prolatus.
Multo sanguine fudi.
Cœranon iphitidenq;.

Atq; a multis sic exponitur: ut ulysses dicat cœranon iphiti filium a se fuisse occisum. Quæ certe interpretatio putida est: cu; nusq̃ apud homerum (unde hæc Ouidius sumpsit) iphitu; Cœrani patrem fuisse legatur. A multis quoq; in hunc modum, ut is inquiat cœranon & iphitiden. i. quendam alium a cœrano diuersum ac iphito genitum a se interfectum fuisse. Quæ etiam expositio rancidum sapit. Quoniam homerus octauo iliados Archeptolemu; iphito filium facit: & a Teucro non ab ulysse describit interfici. Legant igitur poeticæ professores periculo nostro non iphitiden s; hippasiden: ac socũ intelligant hippasi filium ulyssis hasta interfectum: ut ab eodem homero in undecimo eiusdem operis libro scriptu; relinquitur. Quin & in uersu ab hoc tertio legendum est exitioq; dedi cum Chersidamãte Thoona si homerum sequimur in undecima iliados Rhapsodia: non autem pheridamante ut uulgati codices monstrant. Neq; caeranos per ae Sed per œ diphthongum scribendus est: & eunomos sed ennomos si græcum poetã uolemus ĩspicere.

Cythni inſulæ nomen in plinio deprauari. Cap. XXVII.

m Iror tot eruditiſſimos uiros:qui plinium ſibi peculiarem fecerunt :præcipue hermolaum & Sabellicum non aduertiſſe hũc:quem detegam:fetentiſſimum cãcrum in plinianis codicibus libro tertiodecimo his de cytiſo uerbis.Inuentus hic frutex in cytiſo inſula:inde tranſlatus eſt in omnes cycladas:Neqꝫ enim unquam(opinor)inuenies fuiſſe inſulam quampiam cytiſum nomine:niſi corruptuꝫ proferas codicem.Si me igitur conſules:hoc modo in plinio leges.Inuentus hic frutex in cythno iuſula.Nam cythnos una cycladuꝫ memoratur:quæ & dryopis & ophiuſa autore ſtephano fuit nuncupata.cuius idem plinius in quarto mentionem non omiſit.licet in impreſſis codicibus citanos perperam legatur non cythnos.erit autem plinii ſenſus.inuentum hunc fruticem primum in cythno inſula inter cycladas numerata.inde in reliquas cycladas fuiſſe tranſlatum.ſed uidetur ex iis colligi uerbis cytiſi nomen a cythno fuiſſe deductum:licet hæc aſpirationem ſuſcipiat.ille reiiciat.quod mirum uideri non debet:cum tenuis in craſſam & craſſa in tenuem littera in græcis dictionibus per ſæpe concedat.

Elephantarchæ uox plinio reddita.ac ſimul expoſita. Cap. XXVIII.

n On præteribo hercle:quia cotẽnendus non eſt : eiuſdem plinii locum octauo libro p̄uerſum:ubi domãdi elephantes modum edocemur.Nam ibi ſic ſcriptũ in omnibus impreſſis codicibus & in plurimis manu ſcriptis uidetur.Domantur autem rabidi fame & uerberibus elephantis aliis admotis :qui tumultuanteꝫ cathenis coerceant. cum ab antiquo codice non elephantis aliis ſed elephantarchis admotis coerceri tumultuantes urſos cathenis moneamur. Nam(ut Iulius pollux libri primi capite decimo tradit)Elephantorum ductor elephantagogos penultima producta a græcis nominatur.ductoꝝ autẽ primarius elephãtarches.unde

elephantarchas pro mansuetariis domitoribusq̄ ursorum a plinio positos debemus accipere. Si quis autem uulgatam scripturam tueri uoluerit, sciat hoc uolo: edulia nostra non ad nauseã sed ad gustum fuisse parata.

Cadmea uictoria q̃ sit apud plutarchum. Cap. XXIX

1 Egebamns olim mundulphi apud ignẽ sedentes ego & Lælius Taurellus nepos me⁹ nõ isuauis ingẽii adolescens nec (si ætatem consideres) ineruditus, plutarchi libellum de liberis educandis. Quem Guarinus ueronẽsis e græco traduxit. cumq̄ interlegendũ Lælius in hæc uerba incidisset. Non Soluꝫ.n. uincere sed ẽt uinci scire speciosum est: in his p̃sertim rebus in quibus uictoria detrimentuꝫ parit: extat huiusmodi cadmea certe uictoria. Is inq̃ lælius ad me conuersus auuncule inquit, Quænaꝫ hæc fuit cadmea uictoria: quam plutarchus in exemplum adducit? cui ego si uerum a me tibi ingenue dici uis istud me penitus latet. Memini tñ apud ꝓcopium in primo belli gottici lectitasse Cadmeam dici uictoriã cum æquo fere dãno uictor & uictus afficiuntur. Quod plutarchi sententiæ optime quadrare uidetur. Tum lælius placet hoc ait: Sed nisi huiusce prouerbii causam non referas satisfactũ abs te mihi non dixero. At nos illi. Quod scio te doceo. Quod nescio nescire etiam fateor. Quia res pro commodo meo fingere mos meus nunquam fuit: aut quempiam nugas docere. præsertim te: qui mihi luce carior es. Quibus dictis ambo cum tristitia mansimus. Postq̃ autem in patriã repedauimus (ubi maior librorum meorum supellex fuerat: p̃cipue græcoruꝫ) rãdiu rem uestigaui, ut apud Zenobiũ & suidã inuestigauerim. Quæ: quia scitu dignissima est: hisce collectaneis uisa ẽ explicari. Cadmea (inquiunt ii scriptores) uictoria prouerbium est: quo uictoriam quampiã minime utilem significamus. Vel quoniã Etheocles & polynices thebani singulari certamine contendentes mutuis uulneribus conciderũt. uel ꝙ thebani argiuos: qui cuꝫ adrasto merebant: internecioni dedentes aplissimas eorum filiis pœnas dederunt. uel ꝙ œdipus cum in soluti ænigmatis p̃mium a sphinge sibi uicta matrem inscius in uxorem cepisset;

re postmodum cognita sese excæcauit. Vel ꝙ Cadmus phœni-
ces litteras uolens græcis tradere-linum proprias litteras demõ
strantem interemit: unde a ciuibus persecutionem passus ẽ. Vel
ꝙ idem cadmus cum serpentem-qui fontem marti sacrum cu-
stodiebat-neci dedisset: ob id factum coactus est octo annos ip-
si deo prestare seruitium.

Telchines Rhodi cõditores fuisse: & cur ea [o]phiussa diceretur. ac eusebii chronographia defensa a maculis. Cap. XXX.

P Ene excidit e memoria locus non contemnendus eu sebii libro temporuꝫ - inuersus lancinatusqꝫ talem in modum: ut in pristinam reformare effigiem nulli au serint. Is in impressis codicibus sic habetur. Thelemes uicti darum cõdiderũt: quæ prius offiusa dicebat. Qui aut ego somnio-aut in hunc modũ ẽ redintegrandus· Telchines lyctii rhodum cõdiderunt: quæ prius Ophiussa dicebatur. Lyctuꝫ cretæ urbem fuisse nemo: qui uel illud uirgilii legerit Lyctius idomeneus: ignorat. Cretenses. n. fuisse Telchines apud strabonem ꝑ cæteris in decimo & quartodecimo libro inuenies. Licet stephanus cretam generali uocabulo telchiniam-& cretes appellatos fuisse telchines memoriæ tradat. Quos diodorus ĩ sexto se cundũ fabulas dicit ponto & rhea genitos-alumnos fuisse neptuni· atqꝫ a nõnullis fascinatores-magos-ac propriã formaꝫ mutantes-a nonnullis contra-quarundaꝫ artiũ ꝑcipueqꝫ æris & ferri ĩuentores noĩatos. Sed ut ad stadii metã accedamus. (Nã cætera scribere uanus labor: cum a proposito absint-& in iis: quos citauimus: locis possint ab oĩbus lectitari) sciendũ est Telchines insulaꝫ prius ophiussam appellatã habitatũ uenisse: eãqꝫ de suo nomine Telchinin-de sororis appellatione Rhodũ nũcupasse. hæc autem Rhodo siue Rhodos (nã utroqꝫ mõ scriptum inuenio) a qua insula & in ea ciuitas nomen dr̃ accepisse: dilecta mirum in modum fertur ab apolline. unde illa est nasonis apostropha metamorphoseon quarto ad hunc deũ. Nec te clymeneqꝫ rhodosqꝫ: Nec tenet ææææ genitrix pulcherima circes. Ophiussam ꝑterea. i. serpentariã eã insulam antiquiori uocabulo dictã ĩuenim⁹ a serpentũ multitudĩe. Quos adeo in insulanos sæuis

se diodorus est autor:ut consulere oraculũ oportuerit. Tradũt autẽ a phorbante lapithi uel ut alii Triopæ filio deletos fuisse. Lege(si placet) p̃ter diodorũ-iginũ ẽt astronomicũ i ophiucho

Liberatus a q̃busdã uulneribus Iginus astronomicus-ac de polyzelo historico-aphidnis & laro q̃piam. Cap. XXXI.

e Xtat pulcherrimus igini libellus de celestibus signis: quem si quis poeticæ studiosus habuerit familiarem tot sub cõpendio fabulas edocebitur:ut non parum sibi esse usui sit cogniturus. Verum is plurimis scatet uulneribus carcinomatibusq́. Quorum ego(ut aliis uiã faciã) nonnulla tollere & sanare penitus statuo. Atq́ illud in primis quod in capite de lyra conspicitur.ubi sic legitur.postea igitur orpheus(ut etiam plures dixerunt)in olympo monte qui macedoniam diuidit a Thracia::seu (ut eratosthenes ait)in plãcæo sedens cũ cãtu delectaretur-dicit̃ ei liber bacchas obiecisse. Q̃d nos ita curamus -ut pro plancæo pãgæum:qui mõs est thraciæ notissimus:reponamus. Item illud in fabula ophiuchi ĩ his uerbis. Polyceus autem hiodius hunc phorbanta noie demonstrat q̃ hiodiis auxilio maximo fuisse demonstratur. In quibus ut polyzelus rhodius autore in solõis uita plutarcho-& qui rhodiis auxilio maximo fuisse demonstrat̃ diodori in sexto opera sanitati restituat̃:consulimus. Et illud in geminis. Sed qui de castore & polluce dicũt-hoc amplius addũt:ut castor in oppido adriadnis sit occisus. Quo loco adriadnas ꝑ aphidnis male positas dicimus. Sunt.n.aphidnæ in laconia ciuitas phoebes & elairæ patria.propter quas castor & pollux cum ida & Lynceo pugnasse traduntur:ut p̃ter alios ouidius scribit in quinto fastorũ. In qua pugna castor a lynceo dicitur interfectus. Atq́ illud quoq́ in capricorno:dianam claro simulatam.ita curandum cõtendimus-ut non amplius Dianam claro simulatam- sed Laro uel cato ĩprimant ĩpressores. Est autem larus marina auis:quã mergum latini uocant:cuius in sacris litteris libro leuitici & in q̃nto odysseæ apud homerum mentionem inuenies. Si autem catum malueris:Ouidium a te esse conspicies.q̃ fabulam narrans in quinto met.ait. Fele soror phœbi. Nam catus domesticũ aial

murium hostis etiam felis nuncupatur.

Martialis carmen emendatum: ac lasciuissimus iocus cu3 ueni reseratus. Cap. XXXII.

m Artialis poetæ tetrastichon i primo legitur libro i Atalū hoc mō. Semp agis cās: & res agis attale semp.
Est non est q̄ agas attale semper agis.
Si res & causæ desunt agis attale mulas.
Attale ne quid agas desit agas animam.

Sed ante q̄ illud discutiamus lectoris reuerētiam p̄famur: si quo p̄textato uerbo p̄ter ingenii nostri more3 hoc capite offendet, licet q̄ta fieri poterit cum modestia lasciuam citra modū sniam simus exposituri. Quæ tota ex uno uerbo in oibus impressis codicibus deprauato dependet. In emendato codice & uetusto ultima ultimi uersus dictione nō animam sed asinam scriptū reperio. Vnde iocus elicit festiuus pariter & obscoenus; nec a lasciuientis poetæ moribus alienus. Agere. n. asinam cum ea luctari turpiter significabit. Qui iocus bifaria salsedine respersus agnoscit. Nam ad illud res agis: cuius intellectus ad turpia sæpe deuoluitur uel dicente ausonio imperium litem uenerem cur una notet res. & ad illud mulas agis pariter respicit. quia q agit baculo impellendo subsequit. Quæ res ad agentē quoq3 turpia cū hisce aialibus spectat. Rem paucis absolui: quia non sine nostri nominis nota (quod in genuo uiro in primis est cauendū) longius euagari posse uidebam. Sed nonne hic quoq3 aliquo munusculo lectorem uolumus impartire: quo si quā ex relata obscoenitate cócepit nauseā facilius ponat: & ad reliquū operis lectitandum alliciat: certe. hoc igit amice lector i mun9 accipito. qm̄ asinæ facta ē mētio. Nullū aial: si murē excipias; auditu parē asino iueniri. Nam mus ipsū dr antecedere. Testis aristophāis cōmentator in plutum.

Iresiōes. hiceteriæ. Oschophoriorū pyanepsiorū Thargeliorū & Cerycei declarata uocabula; ac Ouidii & Martiani Iurisconsul. locus enucleatus. Cap. XXXIII.

Videor mihi nihil amplius doctis auribus placiturum posse conscribere: nisi ad Ouidium rediens aliquantulum secum colludam. adeo

illi me totum dedi. Refocillare igitur mecum paulisper Lector candide aliquid suum lectitando. & ad aliorum postea cateruã non exiguam salutandum tete accinge. Sumamus autē (si placet) hos uersus undecimo metamorphoseon. & medullitus cõsiderando oblectemur.

Velamenta manu prætendens supplice. quis sit
Quoq; satus memorat. Tantum sua crimina celat:
Mentiturq; fugæ causam. petit urbe uel agro
Se iuuet.

Dispiciamus inq̃ interius quid uelamenti peleus ceyci supplicaturus ut sibi hospitium p̃staret, secum attulerit. Sunt ne aliqua forsan munera: quibus ipsum donare regem cogitauerit: ut suis facilem redderet desideriis? minime. Quid ergo per uelamenta illa datur intelligi? Oleæ uel lauri ramus lana circũuolut⁹: quē supplicantes legati manu tenere consueuerãt. unde illud æmylii probi in pausania. Id postq̃ lacedæmonii resciuerunt legatos ad eum cum lana miserunt. & illud statii in secundo th. Ramũq; precantis oliuæ Abiicit. & in duodecimo. Vittatæ laurus & supplicis arbor oliuæ. hinc illi græce nomen impositum hiceteria. idest supplicatio. quia ικετεύειν supplicare significat: & iresione: quia lanam ferret circũuolutam. nam τὸ εἴριον lana dicitur. Sed unde hic mos uenerit hoc quoq; idagare perpulchrũ. Et (ne passim autores unaquaq; in re citãdo sniam sæp us interpolare necessũ sit) quæcũq; nõ citatis autoribus dixim⁹ & dicturi sumus partim ex plutarchi theseo, ptim ex aristophãis in plutũ & hippeas cõmentario, partim ex suida decerpsisse testamur. Nõnulli aiunt peste ac fame totũ terrarũ orbē uexãte cõsultum ab atheniensibus oraculũ rñdisse. Finē malis ubiq; futurũ: si soli athenienses suspensa p ædiũ foribus iresione sacrũ facerent. Eo q; audito athenienses Baridē hyporeũ: quē herodotus Diodorus & alii abarin uocant (nam is eo tempore in græciam eius cõtemplandæ gratia uenerat) mercede cõductũ sacris p̃fecisse: atq; id sertum appēdisse. statimq; oibus mũdi populis calamitatis modũ impositũ. ac postea in accepti bñficii grãm oiu; undiq; primitias frugũ athenas fuisse missitatas. & hũc supplicãdi ritum apud eas in singulos annos fuisse consecratũ. Quidã uero dicũt Theseũ nauigãtē in cretam ac delo tēpestate appulsũ, uo-

uisse apollini oleæ ramu; sertis coronatū sese oblaturū:si inter fecto minotauro rediret icolumis. Ac uoti cōpotē factū pultis & fabæ ollā coxisse:arā erexisse:& ei⁹modi supplicaminis formā induxisse. Sciēdū ē aūt athenienses nonis Iuliis hūc ramū ꝓ domibus ciuitatis-& sequēti die in uillis p ipubes pueros in honorē appollinis appēdisse. Qui erat cōtortis ex lana spirulis circūplexus:& pane-ficis-cotyla mellis(ea mēsuræ genus:q̄ hemixestus.i.semurce⁹ postea appellata)oiumq; optimorū primitiis fructuū circūquaq; honustus ,ac singulis annis permutabatur i nouum. Quem circa pueri hunc in modum cantabant.

Fert ficos- mellis cotylam-panemq; fabalem
Ex oleoq; unguen:uinum simul Iresione
Perpurum:ut somno bene pota fruare profundo.

Ex pane autem & cæterarum primitiis frugu; cōnexio nō aliā ob causam nisi in abolitæ sterilitatis memoriā fiebat. Vnde ad auertendum id malum aliq̄n per urbem ferre Iresionem cōsuerunt. Atq; is dies huic festiuitati cōsecratus Oschophoria a ramis ferēdis nomē iuenit· ωσχὸσ.n.ramū φὸρέω fero significat. In quo sacra q̄dā faciebāt πὺαμεψια ab elixandis leguminib⁹: in qbus primas faba obtinet:quasi κυαμεψια nūcupata. πὺαμὸσ.n·antiqus q̄ κυαμοσ fabæ nomen fuit. εψάω elixo significat. Nam una olla oium generū legumīa elixabāt:simul q; degustabant. Vel ob sterilitatis in copiā uersæ recordationē: uel ob memoriā thesei. Qui huiusmodi sacꝛ-quæ diximus uota ꝓsoluēs-appollini factitarit. Solebat aūt in Oschophoriis cū iusdā nūcii caduceus coronari:& εια αι idest eia heu,post libationes leguminū exclamari. Quorū altero in festinatiōe ab bellicis pæanibus:altero in cōsternatiōe ac turbatiōe uti mos fuit. Cuius rei cā hæc fert. Theseus cū ex creta rediens phaleræo applicuisset:ac uoti reus rē diuinā facere uoluisset(uouerat.n.ubi primum in attica pedē sisteret illic se deis sacrificia exhibiturū) p̄conem salutis nūciū athenas ad patrē p̄misit. Qui cū multos ex regis iteritu i squallore ac lachrymis mœstos-multos ex cōi salute lætos & eū cū plausu coronisq; excipientes inuenisset:coronato ex acceptis coronis caduceo reuertit ad Theseum.atq; eū in sacrificiis adhuc occupatū inueniēs-ne turbationis eoꝛ eēt in cā-foris dū absoluerent expectauit. Peractisq; sacrificiis patris nūciauit iteritū. Vn̄ magno luctu ac tumultu oēs in urbem

contẽderunt. AEgeoq́ʒ ad sepulturã dato Nonis iuliis Theseus appollini: q̃ narrata sunt: uota ꝑsoluit. Cæterum Oschopho rio rũ & pyanepsiorũ hoc est ramos ferẽdi & legumina elixãdi cõ suetudinẽ regio nostra aliq̃ in parte custodit. Nã calẽdis maiis uirides ꝓ foribus ramos apponi: & calẽdis sextilibus oĩum generum legumina una olla coq a plerisq́ʒ uidemus. Legim⁹ quo q́ʒ (ut nihil relinquamus intactum) in pyanepsiis & thargeliis: a quorũ altero pyãepsion ab altero Thargelion mẽses fuerũt nũ cupati: q̃ in iis ea fierẽt sacrificia: soli & q̃tuor ãni tẽpibus sacra athenis celebrari & p pueros iresionẽ põpatice latã ædib⁹ affigi consueuisse. Erãt ãt thargelia dies festus apollini & dianæ cõle cratus (nã eos luce thargeliõis septima in lucẽ editos Laerti⁹ me minit in platõe) ab ipsius apollinis ui: quẽ solẽ esse nemo igno rat: sortita uocabulũ ut suidas est autor. θερειμ.n. calefacere γηʒ terrã græci appellãt. Quorũ tãta fuit athẽis æstimatio: ut Archõ tẽ. i. primũ inter cæteros magistratũ eorũ curæ p̃fectũ fuisse legamus: licet peculiaribus fuerint curatoribus demãdata: quẽad modũ pollux ĩ octauo testat᷑. Seruius honoratus in illud octaui æn. optime graiugenũ: cui me fortuna p̃cari: & uitta cõptos uo luit prætẽdere ramos: Oleæ ramũ inquit uittis circũplecti a sup plicantibus consuesse ob hãc cãm: ut inertiã & imbecillitatẽ oñ deret offerentis. Q̃m scimus oues alieno semꝑ auxilio indige re. Oleam uero potius q̃ aliã arborem ad id munus delectã: ob fabulã palladis. Quæ illa ut re meliore producta neptunũ supe rauit. Vnde cum eius arboris ramus cuiq̃ offerebat᷑ indicare ui debatur illum esse meliorẽ. Q̃d forsan ualerius tetigit Flaccus in quinto argon. cum ait. Externo iã flãmea murice cerno Tegmina: iã uittas ramũq́ʒ ĩbellis oliuæ. nisi si ĩbellẽ oliuã ꝓ paci fera uelis accipere. Sed meminisse debemus athenienses ex thesei uoto solitos nauim coronatã iresione puppim habentem cũ q̃busdã sacrificiis mittere ad apollinẽ deliũ. Cuiusce rei plato in phedone sic meminit. Pridieq̃ iudicaret᷑ socrates ornari cõtigit puppim nauis ei⁹: quam mittunt athenienses in deluʒ. hæc est il la nauis: ut aiunt athenienses: qua these⁹ olim bis septeʒ illos se cum tulit in cretam: seruauitq́ʒ illos: & ille seruat⁹ est. Vouerat auteʒ (ut fertur) apollini si seruaretur quotãnis in delũ spectacu lum quoddam mittere. Quod quidem nunc ẽt & semꝑ ex illo tp̃e singulis ad deũ mittũt annis. Cũ igitur spectaculi principiũ

agit̃ ex lege interim lustrãt urbẽ:neminẽq; eo tpe publice necãt donec delũ perueniat nauis:rursusq; athenas reuertat ex delo. Initiũ uero spectaculi ẽ postq̃ a pollinis sacerdos nauis illius co ronauerit puppim.hactenus plato. Cuius in uerbis doctissimi forsan interp̃tis erratũ detegerem:si græci exẽplaris uidendi cõ pia p̃beret.Sed in tenebris andabatarũ more pugnare p̃sertim ĩ tãta uitilitigatorũ multitudine ñ placet.Nec p̃teriri dignũ uide tur:ex thesei more athenis postea obseruatũ uti ĩ statuarũ atq; altariũ erectionibus p mulieres uariecolorib⁹ uestibus ĩdutas eli xatorũ ĩ ollis leguminũ primitiæ circũferrẽt:atq; ĩ ipsos erecto res ĩ acceptorũ ab deis munerum gratias diuiderent:teste in ari stophanis plutum ĩterprete circa comœdiæ finẽ.Qui hæc eius dem poetæ in Danaidibus uerba adducit.

Μαρτυρὸμαι δε ζηνὸσ ερκιου χυτρασ.
παραισ ο βωμὸσ ουτοσ ἱδρυσθη ποτέ.idest.
Testor autem iouis hercii ollas.
Iuxta quas hæc ara erecta fuit olim.

Nõ p̃tereundũ hoc quoq; Baridẽ:cuius supra meminim⁹:oracu la q̃dã atheniẽsibus scripsisse Barida de suo noie nũcupata:quæ Tulli⁹ in tertio de natura deorũ(ut locũ illũ intelligas) Abarea noiauit:Ac sagittã:qua phoebus cyclopas p̃strauit ut scribit igi nus:ieiuno uẽtre p uniuersũ terrarũ orbẽ circũtulisse:autore he rodoto ĩ melpomene.Castigemus p̃terea icidẽter(si castigatio nẽ meret)Martiãi iurisc̃osulti locũ prio digestorũ titulo de rer̃ diuisiõe his uerbis.Sagmina uero sũt herbæ:q̃s legati populi ro mãi ferre solẽt:ne q̃s eos uiolaret.sicut legati græcorũ ferũt ea q̃ uocatur cerycia.Atq; ita legamus.sicut legati græcor̃ ferunt eã:q̃ uocat̃ hiceteria.ramũ illũ ĩtelligentes lauri uel oleæ lana re dimitũ:de quo facta ẽ copiosissima mẽtio.Licet nõ ignoremus κηρυκα.i.cerycẽ p̃conẽ caduceatorẽq;.& κηρὺκειὸν.i.ceryciũ penultima lõga των πρεσβεὼν φορημα.i.legatorũ gestamẽ uel ornatũ pollucis ĩ octauo p̃ cæteris testimonio appellari.Ar bitrariũ tñ ius penes lectorẽ esto.Nã eã eẽ tẽporũ nostrorũ con ditionẽ uidemus:ut quãtum in nobis sit eripere calũniãdi an sam calumniatoribus debeamus.

Definita in plutarcho q̃stio de calendis:ac de neomenia & aliis apud græcos diebus q̃dam memorata. Cap. XXXIIII.

c Vm ab hinc sexēnio fastos Ouidii quibusdā familia ribus nr̄is īterpretantes ad eum uenissemus locū:ubi poeta calendas oīum mēsiū iunoni ait fuisse dicatas. eos iri monitos debere diximus:ꝙ græci calēdarum noīe caruerūt.Indeq augustū cū neminē soluturū uellet inuere ad calendas dixisse græcas soluturū teste Suetonio.Ecce statim finita lectiōe unus e discipulis ingenio prorsus musico īsurgēs Magnus hodie inquit scrupulus mentē inuasit meā:postq̄ apud te sum.Et quinam respondeō?hic inquam.ꝙ tu græcos dicis non habuisse calendas graui alioqui fulctus testimonio.plutar chus uero contrarium apertissime sentit.Et ut a plutarcho sim ratio hæc me penitus allicit:ꝙ calendarum nomen Macrobius & cæteri græcum esse fatentur.Tunc ego.Ingeniosi hominis ꝓ fecto(qualem te esse censebam)& diligentiæ in legendo summæ indicium hæc dubitatio tua.Sed audi.Non quæro ubinam hoc sit apud plutarchum:nam diu est ꝙ a nobis fuit animaduer sum dum solonis uitam legeremus.Oh scopon statim ait attigisti.Nō igitur(dixi)produci mihi amplius codicem peto.Sed sic respondeo.plutarchum(si græca cōsules exemplaria)memoriæ tradere Solonem:cum mense; in tot diuisisset dies quot luna innouari & ueterascere.i.ad nihilum reduci uideret: primu; diem:quo ea formari inciperet:Neomeniam.i.nouam lunā appellasse:ac mensis constituisse principium.Sed plutarchi interp̄tem:cum nullū ei nomen latinis notū præ māibus eēt:quo primam mensis lucē posset exprimere:necessitate ductū ubi ī græco codice neomeniā iuenit.ī latinū calēdas trāstulisse. Neq id ex ignorātia(ut aliqs forsā min⁹ cōsiderate loquēs posset obiicere)s; ex cōposito sūmaq cū pēsitatiōe fecisse.Ad hæc ille.hoc mihi nō ꝑsuaseris.nisi pri⁹ oñderis Neomeniā ī græcis plutarchi ꝓtotypis apparere.Cui ego.Hoc tibi nō possū oñdere:qa græci codicis copia nobis nō ē.sed si oñdero apud alios autores Neomeniā eā eē diē græcis:q̄ latinis calendæ noīa s̄:nō acqesces? ꝓ q̄libenter rñdit.Accipio statim pollucē libri primi capite septimo dicētē.singulūquēq mēsē in tris diuidi decadas.ac earū primā īstātis mēsis:scdam medii:tertiā desinentis appellari.nec nō priæ decadis diē νεομηνίαν η νουμηνίαν.i.neomēiā siue numeniā εο in ου cōtracto nominari.Tunc ille & ī sniam meā ac-

cessit:& gratias egit innumeras. Sed (ut ad te lector me uertaʒ) hoc tibi pro mantissa condono: quod scribit aristophanis commentator in plutum: & memoria dignum uidetur. Apud athenienses nonnullas cuiusq; mensis dies quibusdam numinibus fuisse sacratas. Numeniam & septimam phoebo: Quartaʒ mercurio: Octauam Theseo.

Disceptatio pulchra an Ouidius plures filias habuerit: an Perilla ei⁹ filia fuerit: an tertia uxor ei soli nupserit. Cap. XXXV

O Vidii uitam complures eruditi homines docte pariter & diligenter lr̃is mandauerunt. Sed inter eos magna concertatio: utrum is unicam an duas habuerit filias. Qui unam tantum poetæ assignant hac ductos ratione existimo: q; ubiq; natam singulari numero non natas pluratiuo dixisse comperiunt: p̃cipueq; cum suum ab urbe discessum exponens ait.

Nata procul libycis aberat diuersa sub oris:
Nec poterat fati certior esse mei.

Quo loco si duas habuisset filias non nata: sed altera natarum aut iunior minor maior prior & aliis huiusmodi uocabulis legeretur. Atq; alterius iunioris senioris ue: ubicunq; locorũ fuisset: fecisset mentionem. Qui uero duas Ouidio filias tribuunt: hac moti ratione uidentur: q; is eo: quẽ citauimus: loco natam fuisse dicit in libya. Postea cuiusdã epistolæ initium ita ordit.

Vade salutatum subito perarata perillam
Littera: sermonis fida ministra mei.
Aut illam inuenies dulci cum matre sedentem.

Quibus utiq; uerbis hanc etiam perillam sibi filiam esse uidet ostendere. Rursum illi priores sic suam tueri opinioneʒ possũt. ut perillam: ad quam nasonis epistola romam dirigitur: nõ diuersam ab ea: q̃ morabatur in libya. Sed eãdeʒ cũ ea esse respondeant. quoniam tanto temporis interstitio ex prouincia in urbem redire potuerit. Posteriores autem sic priorum ictus retũdere non inaniter queunt. q; coniectura non autoritate uel ualida ratione decertent. Nos in tanta dissensiõe qd agẽmus? quã tuebimur partem? neutram profecto: ne exoriatur inuidia. At reʒ

ita implicatam relinquemus? minime: Quin in utrãq; opinionem pũgnabimus: priore; ex parte posteriorem ex toto demolientes. Hui magna polliceris & ardua. Et polliceor & pollicitis stabo. omnes quæso spectatum uenire. Sed prius audite ut aciẽ partiri uolo. in prima fronte autoritates ferentariorum uice sistentur. Quibus unius tantũ filiæ: cuius nomen ignotu; sit: mẽtionem fieri a poeta monstrabimus. In secunda autoritatib⁹ pariter & rationibus hostes cõuincemus perillã non eius fuisse filiam: sed priuignam. In tertia cui perilla nupserit ostendemus. In ultima quanam ex ouidii coniuge ea filia nata fuerit discutiemus. Tu lector cãdide aures parumper accõmoda. In primo tristium libro hos uersus inuenies: quos supra retulimus.

Nata procul libycis aberat diuersa sub oris
Nec poterat fati certior esse mei.

Et hos in quarto.

Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta
Sed non ex uno coniuge fecit auum

Item hos in sexto fastorum

Est mihi sitq; precor nostris diuturnior annis
Filia: qua felix sospite semper ero.

Quibus utiq; in locis filiam aut natam numero unitatis dixit nullo unq̃ adiecto epitheto: quo alteram habuisse filiã colligerẽ uel minima coniectatione possimus. In tertio quoq; tristium: ubi cum epistola sua locutus est: sic ad perillã sermonẽ diuertit

Vtq; pater natæ duxq; comesq; fui.

Quo uersu si perilla nasonis filia fuisset: non ut patrem. i. tanq̃ patrẽ sese poeta appellasset. Et in quinto eiusdem operis: ubi in coniugem sic precatur.

Illa domo nataq; sua patriaq; fruatur.

Non nata sua dixisset: sed nostra. aut aliud quoduis epitheton adiunxisset: quo cõem sibi eã eẽ filiã cũ uxore ostenderet. In q̃rto autem de ponto epistola ad suillum hi uersus leguntur.

Nam tibi quæ coniux eadem mihi filia pene est:
Et quæ te generum me uocat illa uirum.

Quos si diligenter discutias nihil aliud profecto inuenies sibi uelle Ouidium: nisi perillam ex tertia uxore sua altero uiro genitã suillo denupsisse. Nam hoc dicere quæ coniux tibi est pene

idest quasi mihi est filia:& quæ uocat me maritum eadem te generum uocat:q̄d aliud significat·nisi uxorem suilli nasonis esse priuignam.i.uxore sua ex altero marito conceptam? At nōne ĩ fine eius epistolæ cum inquit.

Tangat ut hoc uotum cælestia care Suille
 Numina pro socero pene precare tuo.

Idem etiam aduerbium pene idē fateri nos cogit? Verūm aliq̄s forsan dicet. Fateor suillo unam poetæ priuignam denupsisse. Sed eā (nisi probes) perillam fuisse non assentior. ecce tibi eadem ratio: quæ supra de Ouidii filia adducta est: in medium ꝓferetur. Si nusq̄ in libris tristium & de ponto natas plurali numero uxorem habuisse Sed natam singulari poeta testatur: & perillā docet natam eius fuisse: ac suillū eiusdē generū nūcupat: nōne apte concludit̃ eā filiā eē perillā? utiq̧. Q̄d igit̃ superest ꝓsequamur. eā filiā quæ patre exulante fuit in aphrica: quā a pilla diuersā eē oñdimus: cuius nomen pr̃ ipe carminis puto necessitate coactus non retulit: quā deniq̧ tertia eius uxore colligit̃ non fuisse conceptam: utra duarū: quas añ hāc Ouidius duxit: uxorū genitā credimus? priore poti⁹ q̄ posteriore. Nā ut hoc cōiectē rō hæc facit. ꝙ hāc laudat: illā uitupat: stultū. n. & cathenis uinciri dignū eū eē dixerim: q filiā aliquā habēs quā p̄cipue diligat (ut poetā fecisse apparet) a matris non abstineat crimine. cū illud ĩ filiæ dedecus reflectat̃: & uulgato ꝓuerbio dici soleat. q̄ gallina nascit̃ hūc scalpurire necessū ē. Non tñ hoc ultimū ita statuo: ut lectori integrū esse nolim credere q̄d libuerit. Sed qm̄ hoc ēt quæri a nōnullis posset. Quænā duarū uxorū: quas nup nominauimus: prior ouidio nupserit. Illa ne: quā faliscis ortam duodecima tertii amorū libri elegia hoc carmine declaratur.

Cum mihi pomiferis coniux foret orta faliscis.

An ea: cuius nomen·patria·genus a nasone suppressa sunt: sciat faliscam mulierem priorem nupsisse hoc a nobis argumento putari. ꝙ sibi pene puero primam uxorem datam in quarto tristium libro commemorat. ut.

Pene mihi puero nec digna nec utilis uxor
 Est data: quæ tempus per breue nupta fuit.

Et se pene puerum elegias in corynnam scripsisse ibidem testat̃: in quibus huius faliscæ coniugis facit mentionem· ait. n.

Carmina cum primum populo iuuenilia feci
Barba resecta mihi bis ue semel ue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non uero dicta corynna mihi.
Sed & hoc(ut Zoilo os cludam)pro coniectura non iudicio haberi uolo.

Nasonis libros sine titulo non eos appellari debere: quos uulgus existimat. Cap. XXXVI.

a Ge(si placet)eliminemus alterum quoq; errore; :qui multos alioqui eruditissimos uiros in deuiu; ducit. Extat Ouidii liber in Corynnam:cui titulũ fecit amorum.ut:

Deq; tribus libris:titulus quos signat amorum.

Sed eum pleriq; de sine titulo etiã nuncupant.& in plerisq; manu scriptis exemplaribus in operis uestibulo sic scriptum inuenitur.P.Ouidii Nasonis amorum uel sine titulo liber primus. cuiusmodi inscriptionem in codice iam Magni Bessarionis cardinalis peruetusto annotaui.Sed (ut erugine; hanc penitus eradamus)educta acie ratione; : qua huiusmodi inscriptionem nõnulli tuẽtur:dispalabimus.Deinde quod sit Ouidii opus :quod sine titulo possit inscribi:cum autoritatibus tũ argumento mõstrabimus.Amorum opus recte nonnulli inquiunt sine titulo potest inscribi:ꝙ eo titulus.i.uerum nomen amatæ ab Ouidio dissimulatur.O rationem argutam:O ingeniu; ꝑspicacissimũ. Si ea ratione hoc opus sine titulo conuenit appellare:Cur non eodem modo Tibulli propertii-Catulli Galli-Nasonis in ibin & alia huiusmodi opa sine titulo inscribuntur:qm̃ ueri de quibus scribitur nominis fit suppressio:& fictitium subditur? quid respondetis grãmatistæ?qd inq̃?Tacetis?At postq̃ siletis-& herbam porrigitis:docere uos uolo qui sunt Ouidii libri sine titulo.ii sunt quos tristium appellamus.Et quãnã ob causam?Non ꝙ toti⁹ operis corpus indice careat(nam illud reluctaret.Inspice dic titulum:& illud in liminari pagina operis de ponto:Inuenies:quãuis non sit miserabilis index:Non minus hoc illo triste:quod ante dedi) sed ꝙ singulaquæque fere in eo epistola

pter illam ad augustum & nõnullas ad uxorem eius qui scribe-bat-& eius ad quem scribebatur nomen supprimebat. Vnde il/lud in prima eius operis epistola ad librum. Vt titulo careas: ip/so noscere colore. Dissimulare uelis: te liquet esse meum. Et in quinta tertii libri. Vos quoq; pectorib⁹ nr̃is hæretis amici: Dicere quos cupio nomine quéq; suo. Sed timor officiuz cautus cõpescit: & ipsos In nostro poni carmine nolle puto. & in quinta quarti. Certe ego: si sineres: titulũ tibi reddere uellem. Et in decima quinti. O tua si sineres ĩ nr̃is nomina poni Carminib⁹: positus q̃ mihi sæpe fores: Sic mea lege data uicta atq; inclusa thalia. Per titulum uetiti nominis ire cupit. Liq̃at igitur non amorum sed tristium libros sine titulo nuncupari debere: & qui contra nituntur lauare laterem-& lentem incidere.

Enarratus in Ouidii ponto uersus: diodoriq; & eusebii interpretuz error castigatus: ac de eumolpo-chione-cerycibus & eu/molpidis quædam. Cap. XXXVII.

aT non chionides Eumolpus in orphea talis. Hic ouidii uersus libro tertio ponti epistola ad Maximum plerisq; obscurus-nõnullis deprauatus uidetur: patronymicum hoc chionides unde formam habeat nescientibus. Iis ego rem palam facere duco non ingratuz. præsertim cum ea (quod sciã) latiũ adhuc pulpitũ nõ ascẽderit. Chione Boreæ & Orithyiæ filia a neptuno cõpressa eumolpũ ĩ thracia peperit: ut scribit pausanias libro prio. Qui cũ erechthei a/theniensium regis pronepos ex filia esset-athenas uenit: Cererisq; mysteria docuit. Vnde athenis maximi honoris magistratus ex eius familia creabatur ad eius deæ sacra facienda: cui eumolpidæ nomen indutum erat. hic autem filium nomine cerycem genuit. a quo idem magistratus etiam ceryces uocabatur. Quãuis non desint qui cerycem mercurio & Agraulo (ut ideз pausanias refert) & qui mercurio & pandroso (ut in octauo testis est pollux) genitum ẽe tradiderint. Ceryx p̃terea p̃coneз significat ut supra narrauimus. Vnde diodori & eusebii traductores uo/cis ambiguitate decepti in non mediocrem labuntur errorẽ. hic in quinto secundi euangelicæ præparationis libri capite-in his

uerbis. Triptolemus bubulcus: eumolpus ouium pastor. suũ uero Euboleus. A quibus eumolpides & p̃conum sacrũ genus descendit. Ille in primo bibliotheces: ubi hæc uerba leguntur. Nã & eumolpides ab egyptiis sacerdotib⁹ traducti sunt: & a pastophoris p̃cones. Nã cerycũ non preconum prior iterpres, ceryces non p̃cones posterior debebat transferre. cæterũ duo sũt aduertenda. Vnum: q̄ cerycas & eumolpidas Diodorus ab egyptiis non a thracibus fluxisse opinatur. Alteruȝ: q̄ quis Ceryces oẽs qui eũ magistratum gerebant essent nuncupati: Qui primuȝ tñ in eo locum obtinebat, ceryx peculiariter uocabatur. Quod & ĩ Archontũ magistratu (ut in hoc opere diximus) fuit cõstitutũ. Verum (ut ad nasonis carmen reuertamur) chionides eumolp⁹ idest chionis filius ẽ iterp̃tandus. Neq̧ obstat q̄ chione a pausania nõ chion fuerit appellata. Cum hoc primitiuũ & illud deriuatiuum nomen ad idem propositum deflectant. χιωυ. n. nix dr̃. Quam Borea genitam fabula haud incõcine confingit. cuȝ Boreas uentus a septentriõe ueniẽs sit frigidissimus: ac niuis (ut sic dixerim) pater. q̄ si quis obiiciat Chionem prima correpta martialis, iuuenalis, & ipsius Ouidii testimõio proferri debere: atq̧ ob id in hoc uersu sine ipsius luxatione chionides legi non posse, hoc respondeas: omissis cæteris quas afferre rationib⁹ posses. Quartam apud græcos uocalem: quæ nobis tertiam in uocalium ordine sedem tenet: & in chionis uel chiones dictione prima ĩuenitur: cõmunem illis syllabam, etiam si altera subsequat̃ uocalis, efficere. Vnde: cum græca uoce Naso sit usus: nihil esse quo syllaba delumbetur. Et ut omnis tibi scrupulus ex animo eximatur: lege Thæteti scholastici epigrãma in nemesin quarto græcorum epigrammatum libro: ac primum eius uersũ χιοuευ incipientem inuenies. Sed nec hoc præteribo (quando in eumolpi fuimus mentione) alios neptunum, alios musæum, alios orpheum: quem præceptorem eius Ouidius facit: illi patrẽ assignare. Cuiuscũq̧ tamen filius fuerit a cantandi certe peritia nomen adeptus est. nam ευμολπηυ græci bonam cantilenaȝ appellant.

Scyllæ utriusq̧ fabulam cõmisceri: perpensiq̧ super id nonnulli Ouidii & Virgilii uersus. Cap. XXXVIII.

I N heroidas Ouidii duo perq̃ eruditi uiri cõmentaria ediderunt. Sed in iis etiam interdum aliquid desideratur. Nec mirum. Quoniam (ut ex græco prouerbio unus eorum inqt) sapiẽtes ẽt uiri multa sed nõ oia cognouerunt. In epistola: quæ Medeæ noie ad iasonem scribitur: hoc carmen reperio.

Aut nos scylla rapax canibus misisset edendos.
Debuit ingratis scylla nocere uiris.

Vbi cur ingratis nocere uiris scylla debuerit unus non expõit: alter inaniter interpretatur. Certe Scylla phorci filia ingratos habere odio uiros non debuisset: cum ipsa ingrata potius in amatorem suum Glaucum extiterit: q̃ ab eo aliqua fuerit ĩgratitudine munerata. ut ex quartodecimo metamorphoseon colligere quilibet potest. Qua re de scylla nisi filia est intelligendũ: ĩ quã maxima usus ingratitudine minos legitur. Cuius gratia ipsa patrem patriamq; prodidit & excidio dedit: sicut in octauo eiusdẽ operis naso fabulatur. Vbi ingratus minos meritorumq; oblit⁹ a Scylla nuncupatur. Sed dicet quispiam: quomodo hanc sentẽtiam quadrare huic loco facies: cum constet scyllam phorci nõ nisi eam fuisse: quæ in maris monstrum dicitur cõmutata? Ostẽdam tibi hanc fabulam ut alias multas (nam fabulas sæpe poetæ confundunt teste etiam seruio) esse cõfusam: p̃cipueq; apud Ouidium. ut elegia undecima libri tertii amorum.

Per nos Scylla patri canos furata capillos
Pube p̃mit rabidos inguinibusq; canes.

& in quarto fastorum.

Et uos Nisæi naufraga monstra canes.

ac in secundo remedii.

Præterita cautus niseide nauita gaudet. etiam si riphæide non niseide quidam deprauati codices habeant. & in prima epistola libri tertii de ponto.

Scyllaq;: quæ siculas inguine terret aquas. Vbi de nisi filia poetam intelle[x]isse necessum est. cum ibi sanguinarias fœmiuas nominet. cædibusq; infames. Quin & strabo ĩ octauo geographiæ sic ĩqt. Scylleũ: qđ in hermione est: nomen a nisi filia cæpisse ĩqunt. Quæ minois cupidinę capta. cũ ei Nisæã proditiõe tradidisset. ab eo in p̃fundũ deiecta est. & fluctibus horsum agitata se

pulturam obtinuit.propertius quoqꝫ in quarto ſic ait.

Quid mirum in patrios Scyllam ſcæuiſſe capillos:
Candidaqꝫ in ſcæuos inguina uerſa canes?

Et uirgilius in eo opere:quod ciris inſcribitur:fabulaꝫ hanc pluribus uerſibus miſceri oſtẽdit. Vnde in ſexta buc.ecloga ex hac loquens ſententia dicit.

Quid loquar aut ſcyllam niſi:quam fama ſecuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulchias uexaſſe rates?

At lucretius utriuſqꝫ ſcyllæ femina in canes mutata confingit:libro quinto ſic inquiens.

Aut rabidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
Corporibus ſcyllas.

Quem ſecutus(puto)uirgilius biformes appellauit ſcyllas numero multitudinis in ſexto æneidos. Illud autem nequaq̃ p̃teriерim Rectius acutiuſqꝫ fabulã eos texuiſſe q̃ ſcyllæ niſi filiæ q̃ qui ſcyllæ phorci genitalia in canes mutata finxerunt.propter ueneris rabiem:cuius cauſa niſi filia patris & patriæ patrauit interitum. Conſtat.n.canem aĩal eſſe libidini maxime dedituꝫ atqꝫ ita ĩpurum:ut nec ſacerdoti romano eum noĩare fas eſſet ne dum attingere.nec cuiq̃ cæleſtium deorum eſſet conſecratus, atqꝫ athenienſium arcis ubi mineruæ:nec nõ deli ĩſulæ ubi dianæ(caſtiſſimæ utriuſqꝫ deæ)templum fuerat: prohiberet acceſſu:ut autor ẽ plutarchus in problematis. Medeæ igitur igit̃ ſententia in ouidianis his uerſibus hæc erit. Scyllam niſi filiam debuiſſe ingratis uiris:qualis erat iaſon:parare excidium:cum ipſa ĩngratitudinem paſſa fuerit non mediocrem.utpote quæ(ut ex ſtrabone retulimus)a minoe fuerit in accepti muneris gratiaꝫ in mare demerſa.

Expuncta in ualerio flacco informis macula:ubi de Magnæ matris comitibus agebatur. Cap. XXXIX.

Vocat me ualeri⁹ flaccus poeta digniſſimus ut ſui ẽt meminiſſe:& aliqua ipſius uulnera litterario unguento curare non pigeat. Cum ipſe p̃ cæteris poetis:quorum ad hanc ætatem reliquiæ ſuperent; cicatricoſus

appareat. Faciam libentissime: cũ ingẽiosissimis & eruditissimis eius manibus multa debeã. Vt pote q hũanioribꝰ deditũ studiis & recondita quædã sæpenumero doceat: & dulciloquo sermo ne oblectet. In primo fere limine tertii argonauticon sic in impressis codicibus scriptum comperies.

Vnde tubæ nocturnaq; mouit erynnis
Dindyma sanguineis famulum baccata lacertis.

Quod ex fide ueteris exemplaris sic lego.

Vnde tubas nocturnaq; mouit erynnis
Dindyma sanguineis comitum bacchata lacertis.

Quæ lectio magis mihi cõsona: quia magis eruditionis plenã: uidetur. Non multis edisseram Tubas non tubæ legi: debere qa res est uel q prima grãmatices iecerint fundaméta cognitu q̃ facillima. Sed illud contendã. rectius signatiusq; comitũ legi q̃ famulum. Non q syllabæ cõcisionem auerser in secundæ declinationis genitiuis pluralibus a nõibus in us recto casu desinẽtibꝰ: Cũ ea huic poetæ sit familiaris. Vt. niueũq; ferax euarchus olorum. pro niueorum. Nec q ita sim rudis: ut nesciam deorum ministros ac sacrorũ antistites famulos sæpissime nũcupari. Sed q comites peculiari uocabulo magnæ matris sacerdotes: quos & Gallos dixerunt: appellatos inuenio apud festum & Ouidiũ. Quorum hic in quarto fastorum de cybele loquẽs inquit.

Ipsa sedens molli comitum ceruice feretur
Vrbis per medias exululata uias. & infra.
Aera deæ comites raucaq; terga mouent. atq; iterum.
Exululant comites. furiosaq; tibia flatur.

Nolim tamen quisq̃ existimet hanc lectioné a nobis p lege sanciri. Quin i oĩbus unicuiq; nos uelle liberũ esse arbitrium. Cur autem Dĩdyma sanguineis lacertis famulorum uel comitum bacchata dicantur a Balbo. quia id tibi notissimum esse arbitramur ex illo Iuuenalis phrygio quos tempus erat iam More superuacuam cultris abscindere carnem: non amplius explicabitur.

Sublatus ab eodem impressorũ error: deq; Feretro & Ferculo triumphantium. Cap. XL.

n On unq̃ me continerem quin turpissimam maculam scriptorum inscitia Balbo iniectam abstergerẽ:Quæ in eodem libro iuenit̃ his uersibus.

Has p̃cor exuuias & opima cadauera nostro
Linquite ait ferro.

Cum ea tota eius facie3 dehonestet.Introducitur sane Ancæus hæc ad socios loqui.postq̃ Telecoõtem iterfectum cingulo spo liauerat.Ego(nisi ingenio sum penitus hebeti)eam uocem fer ro adulterinam esse existimo:ac feretro debere substitui. Nam feretrum præter q̄ capulum significet mortuorum ac deorum Thensam:uehiculum notat:quo in triumphis hostium Spolia & deuictorum regum ac locorum imagines p̃ferebant̃.de quo silius cum alibi tum ultimo punicorum meminit:cum scipio nis triumphum describit:ait enim.

Ante Syphax feretro residens captiua p̃mebat Lumina.

Id & Ferculum cum pleriq3 alii tum macrobius in cœnis appel lat.& Liui⁹ in primo de romulo.Qui sic dicit.Spolia ducis ho stium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens.in ca pitolium ascendit.hæc est igitur Ancæi s̃nia.sinite me solum cũ his certare:ut interfectorũ spoliis meum ualeam Feretrum uber tim ornare.Cadauera autem opima uel spoliis ditia intelligit: uel(q̃d magis placet) a quib⁹ spolia sit detracturus:quæ opima appellari consueuerint.De quibus cum Seruius in sextum æn. plutarchus in romulo:ac multi cõmentatores meminerint:ni hil statuo dicerẽ.Quoniam in re tam protrita chartam & sepiã necnõ tempus auro p̃ciosius consumere piaculum duco.

Abolitus eiusdem Næuus carmenq3 restitutum:ac dẽ Myrrha. Balsamo.& olea quædam carptim enarrata. Cap. XLI.

a T dei boni quod erratum:qui defectus in hoc quem referam loco libro septimo?

Sanguine uultus
Et gratæ maduere comæ.quas flore sabæo
Nutrierat:Liquidoq3 parens signauerat auro.
Qualem si quis aquis & fertilis ubere terræ
Educat:& uentis oleam felicibus implet:

Iam quæ det primam tenero de uertice frondē.
Nam p̄ter q̄ a fine horum uersuum unū deficiat carmen: etiam una in hisdem dictio deprauata ipsam confundit sententiā. Neq̄. n. flore sed rore ut legamus sabæo conuenit: Myrrhamq̄ intelligamus. Qua prisca luxuries delibutos capillos omniū fere poetarum testimonio gestare cōsueuerit. unde illud est i tertio nasonis metamorphoseon. Et madidus myrrha crinis. & illud in sappho. Non arabo noster rore capillus olet. Arabia. n. ac precipue illa quā εὐδαίμονα. i. felicē appellāt: i qua saba regio ponitur: tū pleraq̄ alia odoramenta tū myrrham producit. Lege plinium duodecimo nat. hist. & in sextodecimo geographiæ Strabonem. Non diffiteor tamen etiam balsamum pro Sabæo rore accipi posse: quod sabæis nascitur teste eode; geographo: Licet expositio prior magis placeat. Is aute; uersus: qui in plerisq̄ desideratur codicibus: hic est.
Sed labor assiduus Sed spes sua fallit eundem.
Qui cum his connecti debet.
Cum subito imissis præceps aquilonia nimbis
Venit hyems: magnaq̄ euulsum extendit arena.
At nō hoc relinquam intactū: quia multis intellectu forsan difficile uideret. Ventis oleam felicibus implet. Felicibus uentis implere oleā exponēdū: q̄ locu; deligeret ubi sereret. q̄ uentos acciperet salubres. Nā oliueta fauonium spectare debere plinius i quintodecio ex catonis snīa tradit: q hoc in re rustica docet. Verū enimuero cum audiā Fabritiū Varanū episcopū Camertem i ualerium flaccum cōmentarios editurū: cōsulto p̄teribo non adeo pauca: quæ in hoc opere māca-mutila-deprauata ac male intellecta inueni. Neq̄. n. ipse tam stultus sum: ut mihi p̄suadeā uirum undecūq̄ doctissimum: ingenio perspicacissimum: iudicio eminentissimum: in litteraria palestra exercitatissimū ea latere: quæ mihi in lr̄arum militia pene Tyroni: ætate iuueni- ingenio hebeti cōperta fuerunt.

De Iouis patria opiniones diuersæ ac Virgilii uersus enarrata.
Cap. XLII.

Apud Virgilium poetarum principem ac oīgenæ doctrinæ asylum multa etiam deprehendes: quæ nec ab

Honorato nec a cæteris interp̃tibus sint abundanter exposita:& exacte considerata. Vt in primo æneidos libro hoc carmen:qđ in hunc modum legũt. Italiam quæro patriam:& genus ab ioue sũmo. talem ex priore hemistichio sensum(nã de posteriore non disceptamus)elicientes. Quæro italiã & patriam idest corytum. Cũ Accusatiuus hic patriam a uerbo quæro disiungẽdus sit:& sequenti connectendus clausulæ. Vt sic uersus legatur. Italiam q̃ro:patriam & genus ab ioue sumo:Et sensus eius sit talis. Quæro italiam;patriam & genus ab ioue sumo.i. accipio hoc est Iouis conterraneus & consanguineus sum. Nam sumo uerbum non adiectiuum nomen eẽ hoc loco censuerim. Sciendũ est autem phrygas iouẽ apud se natum & educatu; cũ arcadib⁹ & cretensibus contendisse: ut Demetrius scepsius scribit autore apollonii interp̃te in tertium argonauticon: Atq; id propter qđ quid de natali eius ac Rheæ puerperio arcades & cretenses tinitibus ululatibus & fanatico discursu referebant:Gallos ĩ phrygia rep̃sentasse. Vnde illud propertii. Idæum simoenta iouis cunabula parui. Nec mirum cuiq̃ uideri debet poetam nostrũ hic phrygiam alibi cretam ioui patriam assignare:ut Creta iouis magni medio iacet insula ponto. Quando is diuersis locis diuersas p̃currere opiniones consueuerit:ut p̃ cæteris Macrobius & Seruius annotarunt. Quod & alios poetas fecisse:ut fœcunditatem doctrinæ ostenderẽt & fructus suos redderent gratiores:diligentissimus lector inueniet.

Declaratus eiusdem poetæ locus de Rhesi interitu a Seruio & cæteris non animaduersus. Cap. XLIII.

In eodem etiam libro:ubi poeta æneam inducit singula ad troiã gesta in templo carthaginiẽsis iunonis contemplantẽ:hi uersus male interpretantũr.

Nec procul hic Rhesi niueis tentoria uelis
Agnoscit lachrymans:primo quæ prodita sõno
Tidydes multa uastabat cæde cruentus.

Nam seruius alioqui honoratus grãmaticus & cæteri (q̃tum uideam)primo somno exponunt prima noctis parte:q; somn⁹ pro nocte accipi interdum soleat;ut in primo geor. Libra die sõ

niq; pares ubi fecerit horas. Cum homerus: a quo hæc ut alia p quámulta Virgilius sumpsit: hunc sensum ostendat insipidum esse & uanitatis plenum. In decima. n. iliados rhapsodia cũ diomedem episcopum. i. exploratorem in troianorum castra iturũ Vlyssem sibi in socium petere ac multis efferre laudibus facit. hæc illum p̃ter cætera diomedi dicentem introducit.

Αλλ ιομεμ μαλα γαρ νυξ ἄνεται, εγγυθι δ ἠώσ.
Αστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρώχηκε δε πλέων νυξ
των δυο μοιραων, τριτατη δ ετι μοιρα λέλειπται

hoc est (ut uerbum uerbo detur)

Sed eamus. ualde enĩ nox expeditur: proximeq; aurora.
Astraq; iam processere. p̃teriitq; plus nox
Duabus partibus. tertia q; etiam pars reliqua est.

Quorum uerborũ testimonio dat̃ intelligi rhesum: quẽ paulo post interfectum scribit: non in prima, sed nouissima noctis parte oportuisse interimi. Nec primo somno in maronis carmine eo pacto debere exponi: quo seruius & cæteri docuere. Sed hoc potius. Prima nocte: quã ibi dormierit rhesus. Nam ita constat recenter uenisse: ut idem somnus: qui uitæ ultimus fuit: primus fuerit, quem cæpisset in castris. Nisi intelligere malis, eius tentoria fuisse ab diomede prodita, dum ipse primo somno teneret̃: qui omnium esse profundissimus solet. In quo significatu illud est propertii tertia primi libri elegia. Qualis & accubuit primo cepheia somno Libera iam duris cotibus andromede. Sed a priori expositione non recederem, quoniam plus intus argutiæ gestare uidetur.

Pepli ad mineruam ferendi ritũ homerus & uirg⁹. unde acceperint: deq; eius significatu & genere multiplicibus. Cap. XLIIII.

i Nterea ad templum non æquæ palladis ibant
Crinibus iliades passis: peplumq; ferebant
Hi maronis uersus in eodem sũt libro. Qui: quia eru
ditione non uacant: non inconueniens uidetur unde offerendi mineruæ pepli græcus & latinus homerus ritum acceperint: & alia multa sup hoc notari digna: quæ de græcis fó-

tibus hausimus:nostris collectaneis intertexere. Aristophanis commentatores in comœdiam:cui titulus hippes.sup ea uerba
Ευλογησαι βὸυλὸμεὸα τὸυσ πατεράσ ημῶμ·οτὶ
Αμδρεσ ησαμ τησδε τησ γησ αξιοι·καὶ του πεπλου.i.
Laudare uolumus patres nostros:q
Viri erant hac terra digni·& peplo.
Peplum proprie uelum tenue fuisse inquiunt apud athenienses quod singulis annis reficiebant:& in panathenaicis festiuitatibus:quæ singulis quadrienniis instaurabātur:e Ceramico eleusinium usq pompaliter deferebant.In quo enceladus gigas pictus uisebatur:quem a minerua referunt interfectum .Solebant etiam a uictoria redeuntes peplum mineruæ offerre omnia a se optime in prælio gesta in ipso depingentes.unde strenuos uiros & egregia facientes dignos peplo dicere fuit consuetudo : ut in aristophanis:quæ proposuimus:uerbis apparet.omnia autem:quæ eius interpretes tradunt:etiam maro noster in libello qui ciris inscribitur:his pulcherrimis describit uersibus.
Sed magis intexens (si fas est dicere)peplo.
Qualis erechtheis olim portatur athenis·
Debita cum castæ soluuntur dona mineruæ:
Tarda ue confecto redeunt quinquennia lustro:
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit euro·
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.
Felix ille dies·felix & dicitur annus:
Felices qui talem annum uidere:diemq.
Ergo palladiæ texuntur in ordine pugnæ:
Magna gigantæis ornantur pepla tropæis.
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco·
Additur aurata traiectus cuspide Typho:
Qui prius Ossæis consternans æthera saxis
Aemathio celsum duplicabat uertice olympum.
Tale deæ uelum solenni in tempore portant.
Ex his igitur:quæ supra narrauimus:apertissime constat morem illum ab atheniensibus homerum in sexto iliados & Virgilium his uersibus transtulisse.Cæterum hoc quoq docebimur non solum Enceladum siue Typhona sed.& uaria inter deos certa·

mina figurari in peplo cōsuesse: Si platonem in eutyphrone au diemus: qui Socratem eutyphroni hoc modo respondentem ĩ ducit. Bellum igitur ĩter deos agitari inuicem arbitraris: inimiciciasq̃ & pugnas, aliaq̃ per multa: quæ a poetis & peritis scriptoribus memorantur. Vnde & alia nobis sacra huiusmodi uarietate sunt plena: & in magnis panathenæis peplum iis pictum in arce suspenditur. hactenus plato. Acesecus autem patareus & helicon carystius primi poliadis mineruæ peplum summa omnium admiratione fecisse narrantur. Vnde postea trito omniu; prouerbio quæcunq̃ digna admiratione uidebantur heliconis opera dicebantur & acesei, autore Zenobio. Cæterum iulio polluci septimi libri capite duodecimo, & apollonii commentario in quartũ argonauticon, peplum propriam mulierum uestem fuisse cum Seruio et Statiano interprete conuenit: Quæ picturarũm uarietate spectabilis esset. Qualem homerus hecuba;, ad palladem munus tulisse ostendit: unde sententia; illa; in æneiden suam Virgilius transtulit. Qualem & pausanias in attica eriphylen accepisse tradit, ut Alcmæonem filium proderet. Zenophon uero autore eodem polluce Peplum uirile indumentum putauit. Quem pro equorum etiam cooperimento idem homerus posuit in quinto iliados: ubi pandari & æneæ sermones enarrat. Sed obiter corrigendus est lactantii grammatici cōmentarius libro decimo: ubi inter triennium pro intra q̃uadriẽnium legitur. sicut ex iis: quos produxi: testibus intelligi datur. Si quis uero de panathenaicorũm tempore non conuenire in'cĩ ri matonem cum Aristophanis interpretibus dicet. q̄ hi singulis quadriẽniis, ille singulis lustris siue quinquenniis ea fieri doceat: Legat quæ optimus parens meus de lustro, & olympiade ac trietericis disputat in secundo fastorum commentario: super id carmen, Iam tria lustra puer furto conceptus agebat: & omni penitus dubietate soluetur. Nec te tamen lateat peplum nunc masculini, nunc fœminini, nunc neutri generis reperiri. Sed neutri gñis latinis fere tantum. Licet uir quidam utraq̃ lingua eruditissimus non nisi masculino genere existimet inueniri.

Quid Endromis sexta Iuuenalis satyra: & unde nomen acceperit. Cap. XLV.

Admonuit me facta de peplo mentio, ut Iuuenalis locum sexta satyra annotarem.

Endromidas tyrias & fœmineum ceroma
Quis nescit? aut quis non uidit uulnera pali?

In quo forsan iterptes possent hallucinari. Endromidas tyrias pro uestibus accipientes athleticis ex purpura & molli lana cōtextis, cum cōstet endromiden uestē fuisse sordidam uilliq; crassissimi martialis testimonio: quā nūc (puto) feltrū uulgus appellat. nisi qs contra uellet respondere: Iuuenalem non tantū mores sed & luxū simul mulierū taxare post athletica certamina & fatigationem ad palū purpureis uestibus (pelle arbitrandū intra consutis) uice endromidis. i. crassæ uestis utentium: ad sudorem corporis excipiendū, & refrigescēdi periculū euitandū. Sed tueātur alii opinionem suam ut uolūt. Nos hoc loco Endromidas tyrias pro calceis uenatoriis: quoru; usus tyriis esset peculiaris: accipiendas cēsemus. & mulieres morderi: quæ in theatris cum feris congrederētur. Qd̄ sibi maxime stomachū mouisse poeta in prima satyra demonstrauit: cum dixit. Cū tener uxorē ducat Spado: næuia thuscū Figat aprum. & nuda teneat uenabula māma Difficile ē satyrā non scribere? Bene habet dicet aliqs. & tibi accedo: si tria probaueris. Vnum q endromis calcei genus. Alterum q uenatorum usui. Tertium q Tyriorum fuerit peculiaris. Digna prorsus & accipienda cōditio. Iulius pollux libri septimi capite uigesimo secundo. αι δε ενδρομιδεσ ιδιον τησ αρτεμιδοσ το υποδημα. idest. Endromides autem propriū dianæ calciamentum. Ex his colligis ne endromida calceū eē & uenatorium? certe. quia dianam uenatricem fuisse omnibus cōstat. Sed tyrios eo usos quis docebit? Mātuanus homerus. & quo loco? in primo æneidos: cum Venerem sub uenatricis habitu filio respondentem introducit.

Virginibus tyriis mos est gestare pharetram:
Purpureoq; alte suras uincire cothurno.

Probauimus ne oīa adamussim? oīa præter unum: i quo aliquātulu; adhuc scrupuli reliquisti. Et quod illud ē? q cothurni nō endromidis usum apud tyrios fuisse ostendisti. prætereo enim

consulta opera quiddam aliud: quod frustra tamen obiici a criticis posset. O ingenium admirandum. O inuentu3 acutissimũ. Si cothurno usos ad uenandum tyrios probaui: & endromis calceus est ad uenandum. num tibi idem esse uidentur: quanuis hic uno nomine ille altero appellauerit? Iam acquiesco: & nil quæro ulterius. postq̃ igitur acqescis addamus & hoc: ut superpondio honustus hinc eas. Endromis græcum nomẽ est ut etiam martialis (quãuis de ueste tantũ loquẽs) admonuit. & q̃r tam græcorum uocalem: quæ nobis transfertur in terti am: ĩ ultima recipit syllaba non sextam: ut ex pollucis codice & callimachi: quẽ postea testẽ adducam: apertissime noscit. εν. in: δρόμος cursum significat. unde cursoria potest interp̃tari. idest q̃ omnes iter facturi ut sunt uenatores cursores pedestres eq̃stres ue: quos ueredarios hieronymus uocat: ad frigoris uentorum & pluuiarum iram euitandam sese accingunt. Quam ob re3 callimachus iridi iunonis nunciæ huiusmodi calciamentum assignauit in hymnō in delum his uersibus.

Οὐδέ ποτε ζώνην ἀναλύεται, οὐδὲ ταχείας
ἐνδρομίδας, μή οἵ τι καὶ αἰφνίδιον ἔπος εἴπῃ
δέσποινα. idest.

Nunq̃ Zonam soluit neq3 celeres
Endromidas. ne ei aliquod repentinum uerbum dicat
Domina.

Vbi aduertendum poetam ταχείας ἐνδρομίδας. idest celeres endromidas uocasse: q̃ eæ propriæ sunt cursor̃. Quos pluuiam glaciem uentos sæpenumero pati necessum est. In quorũ sortis genere uenatores quoq3 uersari nullus ignorat. Neminẽ autem uolumus ignorare apud eundem Iuuenalem satyra tertia nonnisi pro ueste sumi endromiden conuenire.

Satyri locum intellectu facillimum omnibus cõmentariis ignoratum. Cap. XLVI.

C Vm semel in animum induxerim studiosæ iuuentuti prodesse q̃tum possim: non despiciam interdu3 etiã humilia quæda3 annotamentis nostris enarrare. præsertim cũ in iis plerũq3 uideam magnæ æstimationis uiros cespitare. Vt hoc: quem referam: Iuuenalis loco quatuor

eruditissimos & ingeniosissimos enarratores (nam Domitium non damno: q̄ is nihil hic scripsit) nescio qua ductos sorte in lapidem pariter offendisse. Sunt. n. in sexta satyra hi uersus.

Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
Viuentis. uiuat gabiis ut uixit in agro:
Viuat fidenis: & agello cedo paterno.

Ex quibus talem eliciunt sensum. Vt prius poeta ex persona dicat Vrsidii. Esse mulierem quandam magna pudiciciæ fama p̄celebrem: cui. q̄ paternum agrum nunq̄ exiuerit. se matrimōio iungere tutissime possit. Posterius ex persona sua respondeat: se concessurum q̄ ea illic castissime uixerit si ita gabiis aut fidenis uiuentem uidebit. idest in aliqua parua urbe: ubi sit uel quotus uirorum numerus. ac si dicat se uereri ne illa in agro patris castam duxerit uitam. non q̄ animo fuerit ad castitatem propenso: Sed q̄ peccandi occasionem non habuerit. Atq̧ id propter Vrsidio consulat. ut prius periculu3 hoc faciat: q̄ illam ducat in matrimonium. Ego sane uerba: quæ sub ursidii persona prolata sunt: non alium sensum habere cum interp̄tibus sentio (Quis enim tam obtusam habet ingenii aciem ut illud non intelligat Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno Viuentis?) Sed in cæteris: quæ sequuntur: longe aduersam eē sententiā aio ab opinione illorum. Ac poetam: ut Vrsidium penitus a ducenda uxore deterreat: sic eidem respondere contendo. Dicis esse quādam: quæ: q̄ paterni agri limites nunquam præterierit: omni incestati corporis suspitione apud omnes uacat? unde illi te iūgere audacter potes? concedo in opinionem tuā. Sed age trāsfer hanc Gabios aut fidenas urbes desertas: & in quibus parua ē uirorum copia. (Non enim dico romam: ubi tanta hominum frequentia: ubi tot uitiorum genera dominantur: quo tu eam stulte ducturus es). Et si in paruo uirorum coetu castitatem seruabit: illum unicum agellum: quem meus mihi reliquit pater: tibi donatum uolo. Vt his uerbis apertissime intelligendum relinquat: Nullam mulierem esse castam. atq̧ omnibus mentem ad libidinem eē propensam. & si qua casta inueniatur nō ob aliud esse: nisi q̄ facultatem non habuerit uectoriam exercendi. Hic ē uerus & genuinus poetæ sensus amici stultitiam arguētis: qui uxorem suam romæ inter innumeros scortatores & lænas a fi-

de sibi non discessuram speraret. Quem ut a proposito magis auocet. Subdit.

Quis tamen affirmat nihil actum in montibus, aut in
Speluncis? adeo senuerunt iuppiter & mars?

Hoc.n.inqt. In mõtibus etiam & spelũcis illa: quã pudicã existimas: põt adulterari: cum ibi quoq̃ inueniãtur adulteri. Nã ionẽ & martẽ tanq̃ notiores adulteros posuit. Cũ de huius adulterio legat. Notior i cælo fabula nulla fuit. De illo ãt scriptũ iueniat: q̃ iuppiter cognomẽto adulter dici meruit: qm̃: p̃ter cætera sine nũero q̃ cõmisit adulteriã: nec filiab⁹ abstiuerit nec sororib⁹.

Abstersus a plerisq̃ maculis argiuorum catalogus apud Statiũ. Cap. XLVII.

THebaiden statii multa cruciatam lima (ut is testat in siluis) iterum cruciare, sed alio tamen modo necessũ est. adeo negligentia uel inscitia potius temporum ẽ rubiginosa effecta. Verumtamen si quo loco abstergenda est & expolienda: in eo p̃sertim uidetur: ubi ciuitatium, fluuiorum, montium memoriã facit. atq̃ in primis in Catalogo argiuarum urbium libro q̃rto. Vbi (ut difficilia magis attingã) Lyncæus p̃ Lyrceo: Ithone pro Ithome: helion p̃ pteleon. Rhyphe, Staciæ, enaspe, pro Rhipe, Stratie, & enispe: Archamenos, Sophida, & Stiphaleon, p̃ orchomenos, Psophida, & stymphalon scripta inueniuntur. Lyrceus autem (ut breuiter cũcta declarem) fluuius esse argiuorum, & Lyrceum eorum mons a geographis traditur: quorum deriuatiua sunt lyrceus & lyrcei⁹. unde Lyrcea tellus apud Balbum quarto argon. & lircea arua nasoni metamorph. primo. Ithome multum distat ab itone ut Stephanus docet. Et q̃ Ithome hoc loco legi debeat, epitheton illud montana ostendit: Quod Statius ab homero accepit: ut etiam lactantius scribit. homerus. καὶ ἰθώμην κλιμακόεσσαν. id est. & Ithomen scansilem. Pteleon achaiæ oppidum ab ulmorum multitudine nomen adeptum est: quas πτελέας græci uocãt. Ac ne dubites hoc modo legendum: uide ut helos & pteleon & Dorion ex homeri uersu papinius transtulit. ille enim sic. καὶ πτελεὸν καὶ ἕλος καὶ Δώριον.

tide ut traduxit & hoc. Rhipeq; & ſtratie uentoſaq; donat eniſ. pe. ille eniʒ ſic. ῥίπην τε στρατίην τε καὶ ἠνεμοέσσαν ἐνίσπην. Et hoc. Diues & orchomenos pecorum. Sic enim homer'. καὶ ὀρχομενὸν πολυμήλον. i. & orchomenum multis habundantem ouibus. Orchomenos autem & pſophis in arcadia urbes. Item Stymphalus ciuitas, campus, & fons in eadeʒ. Lege autem hunc uerſum ſic. Monſtriferũq; erymanthon & æriſonũ Stymphalon. nam ſtymphalus mediam ſemper producit. licet in auſonio corripiat uerſu corrupto. Non. n. ſtymphalidas pepulit uolucres ſed ſtymphali, ab emendatis codicibus edocebere. Lege item hunc alium uerſum hoc modo. Aepytios idem ar dor agros, ex homero: qui ait. αἰπύτιον παρὰ τύμβον. ideſt. Aepytium iuxta tumulum.

Thebanorum apud eundem catalogus exemptus a uitio: & in nonnullis expoſitus. Cap. XLVIII.

Poſtq̃ e catalogo quarti libri nonnullas mendas exemimus: attingamus etiam quaſdam: quæ ſeptimum occuparunt. ubi ſubiecta athenienſibus loca memorã tur. Ibi enim. Oelae medonq;, pro ocalee medconq;: Colon & ethneon, pro ſcolon & eteonon: hormi' ꝓ olmius: mileos pro midee: aulida pro daulida: Croin pro cromnaʒ: & corcyum nemus pro coricium legitur. Quod ſi non probauero, ne adhibeas fidem. Sed illud in primis eſt aduertendum: poetam hunc græce latineq; doctiſſimum cum aliis in locis, tum his catalogis multa ex homero ſumpſiſſe. Quod uel hinc appa ret: ꝙ ſæpenumero duo uel tria urbium noı̃a ſimul coniungit: ut ille in græcorum catalogo ſecundo iliados facit. & eodẽ frequenter utitur epitheto: quo illum uſum uidemus. Vt cum dionæis auibus circunſonam Thiſben dicit: & ultimam tractu Anthedonem. Ille. n. in hunc moduʒ. πολυτρήρωνά τε θίσβην & ἀνθηδόνά τ᾽ ἐσχατόεσσαν. i. multis habundantem colũbis Thiſben: & Anthedona ultimam. Ecce ꝙ ocaleaʒ medeonaq; ſimul hoc uerſu poſuit. ὠκαλέην μεδεῶνά τε ἐυκτίμενον πτολίεθρον. i. ocaleam medeonaq; bene muris munitum oppidulum. Et ſcolon eteononq; hoc altero. σκῶλόν τε, πο-

λυκρὴν ὠκαλέην τε ἐτεωνόν... i.Scolon q̃ multicollemq; Eteonum. Ocalea autem ex apollodori s̄nia dicta ē(ut stephani uerbis q̃uis mutilatis deprenditur)ab ωκα·i.celeriter & αλία. q̄ ab ea ad urbem Aliam noīe breuis esse itineris intercapedo uel ut alii ab ωκα & λίαν hoc est ualde.q̄ a Thespiis oppido huic uicino & contermino ualde citus.i.breuis esset transitus ad boeotias thebas.Medeon uero a medeone pyladis & electræ filio nomē accepit.Olmius fluuius ex helicone descēdit:in quo & p̄messo musas sibi corpus abluere in p̄ricipio theogoniæ scribit hesiodus.Vnde ego canora p̄messi & olmii uada ob dearū potius cātum-q̃ ob cygnos a papinio dixerim appellari.q̄ autem midee legam ubi mileos corrupte legitur-hic homeri uersus effecit. οἵ τε πολυστάφυλον ἄρνην ἔχον οἵ τε μίδειαν.quiq; multis habundantē uuis arnem habitant:quiq; mideam.& hunc p̄pter-uuidam potius arnem q̃ humidā in papinio legerim. licet aliquis humidam ob uini copiam possit interpretari.Nec me p̄terit fuisse quēdam in repu.l̄raria primi subsellii uirū(quem q̄a hoc loco ab ipso non sumus:pro mei moris instituto noīare nō placet)malieus emēdantem-ubi nos midee corrigendū docuimus.Q̄m̄ eiusce noīs ciuitas in boeotia fuerit-a malieo amphyctionis filio nuncupata.Sed is homeri carmine erroris conuincitur.Vbi q̄s panopen quis aulida legitur-Daulida recognosco. hoc etiam motus homeri hemistichio. καὶ Δαυλίδα καὶ πανοπῆα.Et ubi Croin inuenies-nimis audacter forsan ex hoc altero hemistichio κρομμυῶνα τ' αἰγιαλόν τ'.i.cromnāq; ægialūq; cromnam emendo.Coryciū p̄terea nemus in parnasso accipim⁹ a corycia lycorei matre sic dictū: aquo corycidas nymphas ab Ouidio musas appellatas legim⁹ primo metamorphoseon. Quāuis non ignoremus corycon fuisse in cilicia urbē;-& apud eam Corycium nympharū antrum admirationis & amœnitatis eximiæ:cuius campi croco nobilitantur.licet uniuersa cilicia croco fertilis censeatur.Vnde Spicam cilissam crocum appellatum nasoni primo fast·Optimus pater meus rectissime docuit: & nos in eorum recognitione apertius ostendemus.

Dispunctæ in eodē mendæ catalogo atticorum: ac oratii & Acrōis codicib⁹:deq; Agyieo & Agyia digna cognitu.Cap xlix.

Iaculum grande facturum me arbitrarer si lentigines
p quasdam non tollerem:quibus duodecimus ,Thebai
dis liber:ubi atheniensium populi recensentur:fit aspe
ctu ridiculus.hegaleos.n.pro ægialos & licabesos ,p
Lycabetos legitur.Est autem ægialos inter Buprasium & sicyo
nē locus in peloponneso ab ægialeo inachi filio nomen ade/
ptus:ut Ister in ægypti coloniis autore stephano docet. de quo
homerus in eo:que3 citauimus:hemistichio. κρωμραμτ αιγι
αλομτ.quāuis Thucidydes in secundo ægaleon in attica mon/
tem nominet:si fidelis est codex.nam plinius ægialon uocat li/
bro quarto.Lycabetus uero in attica mons nominatur:ut recte
papinianus interp̄s exposuit.qui græce sic scribitur: λὺκαβη-
τοσ.cuius p̄ter strabonem & alios Aristophanes in ranis & ei⁹
cōmentarius meminere.Nec p̄tereundum Acharnas maximu3
oīum in attica oppidorum(ut idem Thucidydes in eode3 loco
testatur)cū tertia alphabeti lr̄a haspirata scribendas esse.De qb⁹
hæc pausanias in primo:. Acharnæ populus appollinē agyieū
ueneratur & herculem:Arāq3 habet mineruæ Sospitæ. Palladē
item nuncupat equestrem:& Bacchu3 canentem atq3 hedereū.
Nam hederam ibi primum uisam fuisse contendunt . hæc ille.
Quæ ideo apposuimus:ut ad amussim intelligas Cur papinius
Acharnas hederis uestire thyrsos peculiariter dixerit . Agyieus
autem apollo qui & Agyiates dicitur autore stephano(ne pau/
saniæ uerbum diutius quæras)uialis interpretatur.nam ἄγυια
græcis uia dicitur:unde locale nomen fit agyieus.ut apud So/
phoclem in hermione:cum ait.Sed o patrie terræ agyicum so
lum.quāuis ἀγυια peculiariter locum in ciuitate significet: q
deambulationi sit acommodatus:ut eide3 stephano placet. Eo
sane nomine apollo ab atheniensibus est uocatus ut scribit por
phyrio:q3 ex oraculi responso ἐμ ἀγυιαισ idest in uiis publicis
urbis suæ statutis altaribus ei sacrificia instituerunt.a quibus ip
sa etiam ante domorum portas altaria Agyies nominabantur.
Sophocles teste Suida.Splendet autem Agyieus ara exhalans
igne myrrhæ barbaras stillas beneolētis.Sed & colūna in acu
tum desinens ac pro foribus ædium deis proprie tamen apolli
ni uel(ut alii uolunt)Baccho uel(ut alii)ambobus pariter de/
dicata Agyieus ab atticis dicebatur. Item uestibulum: in quo

agyieum deum/aram/uel colūnam locauerant: Agyiatis. Corrigendus est obiter oratii codex libri quarti carminum ode sexta: ubi Leuis agyleu pro agyieu impressores fecerunt/ υι græcam diphthongum in/y/i/inepte mutantes. Et Acronis etiam cōmentarius: ubi sic legis. Agyii atheniēsi lingua uici dicūtur. quia non Agyii Sed Agyiæ uici Suida teste scribendi sunt. & Agyii: qui & Agyies: ipsi dei in agyiis. i. uicis uel uiis locati aristophanis commentarii autoritate sunt uocādi. Sed & hoc sciēdum Agyias non solum uicos & apta spatiationi loca: quæ αμφοδια. i. biuia suidas interptatur: Sed & cōfusas/mixtas ac sine exitu uias designare. Atq; cū duo illa priora significat ab ἄγω idest duco (unde illud est: quo te uia ducit) uel ab αισσω. i. moueo. (nam sine motu fieri ambulatio nequit) ex heracleōis sniā nomen accipere. Cum autē hoc posterius: ab α. i. sine & γυιω idest membro componi. q sint mancæ/mutilæ/ & tanq̄ hoīes mēbris carētes. Nā exitꝰ/trāsitus & huiusmodi cætera qd aliud sunt q̄ membra uiarum? Nec hoc tamen pteribo (ut nihil quod ad hoc propositum in mentē ueniat: calamo hærens relinquatur) morem apud atticos fuisse (autore in aristophanis hippeas commentario) Agyiis. i. uestibularibus deis sacrificia faciendi. quoties aliquod noui fuerat nunciatum: uti/si bonum esset/secundare: si malum/uellent auertere.

Mendosa uox e pediani reliquiis eliminata: ac de Cæritum tabulis nōnihil. Cap. L.

a Sconius pedianus æque doctus ac diligens ciceronis interpres/mutilatus deprauatusq; circunfert. atq; ob id a multis tanq̄ neglectus tineis ex toto corrodendꝰ lancinandusq; relinquitur. Ii sunt: qui ubi sudore opꝰ est & ingenio/conniuere se fingunt. Vbi aptas ac perfaciles trāsitu uias inueniunt: ibi cristam tollunt: & implent excartabula. Nos (quo adeius fieri potest) perplexos ac inextricabiles nodos tentamus dissoluere. illud saltem apud non inuidiosos posteros consequi sperantes: ut si non fecisse/at magna ausisse laudemur. Asconius igitur in interpretatione primæ actionis in Verrem: quam Diuinationem appellant; hæc scribit: Regen-

dis moribus ciuitatis cēsores quinto quoq; anno creari solebāt. hi prorsus Ciues sic notabant. ut qui senator esset: eiiceretur senatu. Qui eques romanus: equum publicum perderet. Qui plebeius: in centum tabulas referretur. In quibus certe uerbis duo elementa in unum compacta sniæ partem obnubilarunt. Non enim centū tabulas. sed cæritum q indoctus nō sit legendū iudicabit. Cæritum autem tabulae antiqtus appellabant teste gellio septimodecimo noctiū atticarū: in quas censores referri iubebant quos notæ cā suffragiis priuabāt: a cæritib9 Thusciæ populis id nomē tenētes. q ii primi municipes facti fuerīt sine suffragii iure. Ac p sacris bello gallico receptis custoditisq; id munus fuerint cōsecuti: ut ciuitatis romanæ honorē caperent: Sed a negociis & honoribus uacarent. Cum alii municipes honorarii muneris cū po. ro. essēt participes. Quod & strabo qnto geographiæ affirmat his uerbis. Cæretani capta urbe roma redeuntes gallos in sabinis aggressi bello armisq; fuderunt: ac debellarunt. Et: quæ illi ab libētibus acceperunt romanis spolia: ab iuitis ipsi eripuerūt. Præterea eos: q ad se capta urbe roma cōfugerant: saluos protexerunt. Simulq; æternū ac iextinctum ignem sacerdotesq; uestales. Romani igit pp malignos reip. gubernatores non satis illius gratiæ memoriā tenuisse uidentur. Nā data ciuitate minime illos intet ciues scriptos retulere. Alios qni mo: qbus ius ipsum suffragii aliqua cā adimebat: ad Cæretanorum exterminabant tabulas. hactenus Strabo. possem & alia pducere. Sed ubi opus non est multiloquiū fugio. Satis (opinor) hisce autoritatibus explicabilis redditur pediani snia: quæ Gordii nodo inextricabilior nonnullis uidebatur. Quoru; unus nostro tempore inter humanitatis pfessores pq famigeratus in cōmentario quodam hæc de censorio officio uerba adducens: id totum quod de Cæritum tabulis meminit ex cōposito reliqt iscriptū. qd illud uellet amicissimo cuidā nro fassus nō itelliger.

Celeumatis uocabulū eidē Asconio reformatū: inibiq; de Thalamiis. Thraniis. & Zygiis ordinibus remigū. Cap. LI.

e ST quoq; animaduersione cōtteniens apud eundem interptem deprauatū esse uocabulum: cum inquit. ca

ni remigibus cælum ac p symphoniacos solebat. Quoniã cælũ ac nihili dictiones sunt: & intellectu3 confundunt. Ego sic legẽdum putarim. Cani remigibus celeuma p symphoniacos solebat. Nam celeuma est quasi pceptũ nauiũ rectoris uoce platu3: ad quam remiges respondentes protrahunt retrahũtq brachia unanimiter. Quod si nõ esset fieri nõ posset quin sæpenumero in remorum tractatione discordarent. Id hodie quoq nautas ñ in remigando solum. Sed & cũ nauem ad littus trahunt obseruare uidemus isa corrupto uocabulo pro ἰσ ωσ. i. æqualiter cõcinentes. Quod significat ut ne cu3 una pars trahit altera funẽ laxet. Est autem celeuma ἀπὸ του κέλευειν deductum: qd iubere significat. de quo Martialis in tertio. Lẽtos ducitis ad celeuma remos. Et seruius in illud uirgilii tertio æn. Nauticus exoritur uario certamine clamor: Hortantur socii cretam proauosq petamus. Hortantur inquit Celeuma est. & postea subiungit. celeuma est quasi pceptũ. Sed uide q̃ pulchre Silius hoc describit in sexto. dũ Reguli nauigationem a Carthagine romã expõit.

Mediæ stat margine puppis:
Qui uoce alternos nautarum temperet ictus.
Et remis dictet sonitum. pariterq relatis
Ad numerum plaudat resonãtia cærula tonsis.

Ouidius ẽt noster tertio metamorphoseon celeuma idem nauticum intelligit cum ait.

Et qui requiẽq modũq
Voce dabat remis animorum hortator Epopeus.

Cæterum Iulius pollux primi libri capite nono. & Aristophãis enarrator in ranas (quod nec a pposito penitus deuium nec cõtẽnendum uidetur) tres olim remigum ordines cõstitutos fuisse posteris tradiderunt. Nam in inferiori nauis parte: quæ Thalamus uocatur ad proram spectans: Thalamii seu Thalamitæ remiges dicti locabãtur. In superiori: quæ ad puppim uergit & Thranos noĩatur: Thranii uel Thranitæ. In media: cui Zyga nomen inditũ: Zygii uel Zygitæ. Sed Thalamii uel Thalamitæ ẽt Thalamiæ ab appiano uocantur in his uerbis libro qnto. Ex remigibus igitur Thalamiæ primum oẽs destituti sunt: alii per foros pontũ enatarunt. herodotus uero (nisi interptes decept⁹ fuerit) nauis foramen: per quod remus exporrigitur: Thalamiã

in Terpsichore appellauit.

Quando primum Bombyces in italia. Et q̄ super iis nullo iure Grammaticus honoratus incessitur. Cap. LII.

u Ermiculorū genus: q bombyces appellantur: & in araneæ modū nentes tenuissimas cōficiunt telas bōbycinas nuncupatas: Plinii ac Solini temporibus in italia non fuisse oēs didicerunt. Sed unde & qua ætate & p quos in eam uenerit paucis arbitror esse cognitum. Ac propterea mandari istud lr̄is gratam legenti rem futuraʒ cōiecto. Procopius autor omni fide āplectendus libro historiæ gotticæ q̈rto Anno Iustiniani imperii uigesimoqnto: qui sextusdecimus belli gottici fuit: quosdam monachos ex Irinda indiæ regione eorum oua ad īperatorem detulisse testatur. Vnde in romanoꝝ ora sericum fieri ceptū. quod antea a persis & aliis natiōib⁹ emebatur. Sed uelim attendas huiusce historici testimōio illos refelli: q seruium honoratum taxauerunt: Dicentem apud seras fuisse in arboribus uermes bōbyces: qui aranearum in morem deducerent fila tenuissima: unde sericū fieret. Q̄d si uno testi haud credēdū īclamaueris: ecce tibi & pollucem capite septimodecimo septimi libri sic (ūt a nobis translatus est) latine loquētē. aliqua ēt uestimenta a bombycibus fiunt. Vermes.n. sūt Bombyces: a quibus aranearum in morē fila cōficiunť. Nonnulli quoq3 seras ab aliis his æqualibus aīalibus texturas dicūt cōgregaī. Hæc ille. cui astipulatur & prob⁹ in illud Virgilii carmen secūdo geor. Velleraq3 ut foliis depectunt tenuia seres. Quod non diffiteor ad fila potius serici tenuissima: q̄ ex arborū foliis pecterentur ut plinius & Solinus tradidere: q̄ ad bōbycinas telas esse referendum. Vti & hos Balbi ac Silii uersus. hic eniʒ ultimo punicorum ait. Videre eoi (monstrum admirabile) seres Lanigeros cinere ausonio canescere lucos. Ille auteʒ in sexto argonauticon. Et eoæ stamine siluæ.

Beneuentum in samnio ciuitas cur Maleuentum prius uocitatum. Cap. LIII.

b Eneuentum in samnitibus ciuitatem olim maleuentum fuisse appellatum nemo est qui nesciat. Sed qua

re Maleuentum fuerit nuncupatum·non facile(ut opinor)qui explicet apud latinos inuenies.Nec apud græcos forsitan multos:præter Procopium.Qui in primo belli gottici libro scribit in hæc uerba.Quæ nos ut potuimus latina reddidimus.Beneuentum ciuitas antiquitus appellatum Maleuentum.Postea ad euitandam malam prioris nominis significationem·dictum ē Beneuentum.In dalmatia enim regione:cui⁹ ex opposito hæc ciuitas est locata:uentus quidā dominatur sæuitiæ ac feritatis eximiæ.Qui cum primum flare incipit·ne unus quidē ex eius oræ incolis reperitur in uiis.Sed oēs intra domū se continent. Nam ea uis huic uento natura īgenita est:ut equum pariter & sessorem in altum extollat:ac per aera sæpius uolutatū quocūq; sors ferat cadere in terram sinat:atq; interimat· Cum igitur Beneuentum e regione(ut dixi)dalmatiæ sit in edito constitutum:malignitatis partem huiusce asperrimi flatus excipiat necessum est.Atq; ob id ciuitati ipsi hoc nomen impositum.Hæc procopius.Quæ Fabium apud nos Quintilianum nō latuisse agnoscet:qui in primo oratoriæ institutionis libro·ubi de etymologia agitur·ad examen hæc uerba ppenderit.Quæ latium italiam·Beneuentū:q̄ capitolium & collem quirinalē & argiletū appellādi rō.Sed qm̄ p̄ter ea q̄ scripsimus alia q̄dam idē subiungit,pcopius non iniucunda indignaq; relatu:ea quoq; subtexere hic decernimus.Hæc sane Ciuitas(inquit)post troiæ captiuitatē a Diomede tydei filio argis pulso fuit ædificata.In qua monumenti gratia apri Calydonii dentes dereliquit a Meleagro patruele suo olim interfecti.Qui tpib⁹ ēt meis illic spectātur oppidoq̄ mirabiles.Cum eorum circūferentia tribus haud quaq̄ minor sit spithamis:& in lunarem formā sint retorti.Hoc ēt in loco Diomedes æneam anchisæ filium troia recedentem dr̄ reperisse:eiq; palladis statuam ex oraculi p̄cepto tradidisse. Quā una cū ulysse explorator in iliū profectus·anteq̄ illud græci caperent·surripuerat.Aiūt tn̄.diomedē incidisse ī morbū:consultoq; oraculo·quo mō fieri liber posset·rñsum accepisse:hoc solo·si mineruæ statuam alicui troiano restitueret.Romani ubinam ea sit se scire inficias eunt.Sed eiusdem īstar in lapide quodam sculptum ostendunt·Quod ætate etiā mea in æde fortūæ spectandū p̄bet ante simulachrum palladis æneū sub dio loca-

rum ad orientalem eius ædis partem: Ac ueluti in certamen p̄diens hastā́q; dirigens ad hostem feriendum. Amictus aute; ipsius ad pedes usq; protenditur: Nec eiusde; facies similis est effigiei mineruæ: quam græci pingere consueuerunt: Sed antiquæ cuidam formæ peculiaris egypto. Cæterum cōstantinopolitāi simulacrum illud a constantino imperatore positum in eo foro inquiunt: quod sui nominis titulo nūcupauit. In hæc autem Amice lector cum ob alia libenter delapsi sumus: tum ob illud Ouidii carmen octauo met. Et magnis insignia dentib⁹ ora.

Spadicis nocem Quintiliano non esse auferendam. Cap. LIIII.

SVmpseram in manus Fabium Quintilianum ut ubi de Beneuento fit mentio locum iuenirem. Atq; aperto (ut fit) incidenter libro in hæc uerba oculi statim offenderūt. Nam psalteria & spadicas etiam uirginibus probis recusanda. Quæ quia a quibusdam uideo deprauari modo spadicas in sambucas mō in ipsa dicas cōmutantibus: Inueterari diutius hunc errore; sinere ipium censeo. ac p̄suaderi legentibus Spadica neutiq̄ pro musico instrumento reperiri: Cum Iulii pollucis autoritas reluctet̄: q inter musica instrumenta quæ pulsant̄ spadica enumeret libri quarti capite nono. quemadmodum & phœnicem. Quarum utrā́q; a palmæ arbore: cuius e ligno fieri cōsueuissent: nomen accepisse existimo. nā phoenix & spadix (in q̄bus spadix poetica esse uox legit̄) palmæ arboris ramus atq; e ramo uirga eidem polluci dicuntur libri primi capite duodecimo. Licet Gelius auulsu; cū fructu palmæ arboris termitem Spadica inquiat a doricis appellari. unde puniceus color spadix nūcupet̄: q palmæ fructui simillimus sit nō admodū sole incocto. probus Virgilianus interp̄s Spadix inq̄t a siculis palma. Qui cum gelio sentire uidetur. Nam is doriēsiū esse hoc uocabulū docet: quos olim tenuisse siciliam Thucydides in sexto p̄ cæteris tradit. Hoc autē dictū uolui uti cū nōnullis ne cespites: q Gelii uerba secūdo & tertio libro parum pensitantes lr̄is mandauerunt: Spadica palmæ termitē ex arbore cu; fructu decerptum generali græcorum uocabulo nominari.

Restitutus luci suæ Lucius apuleius in duobus metamorpho-

a Puleius mādaurēſis uir ſine cōtrouerſia doctus & eloquēs multis ī locis ītellectu difficilis. Tum ob uocabulorū ſæpenumero nouitatem: Tū ob plurima ex ītimis doctrinæ penetralibus eruta: Tum ob inumeras ī eo mēdas: ſiue aſinū, ſiue alia eius opera ī manū ſūpſeris. At (dicet aliquis) nōne in eius aſinū cōmētaria ſunt eruditiſſima? Sūt profecto. Sed tamē enarrator ille litteratiſſimus nō fidelē ſatis (qđ miror) nactus eſt codicē. Atq; id propter multa adhuc reperiunt: quæ limā caſtigationēq; deſiderēt. Vt illud ī ſecūdo eius operis libro, ubi ad ancillā Fotidē ſeu philotidē (nā utroq; mō ſcriptum id nomen in uetuſtis exēplarib⁹ lego) ſic loquitur Lucius. Prælio: quod nobis ſine fenali officio indixeras: iam proximante uehemēter ītētus. Quo loco nec fenali, nec finali, nec ferali: Sed Fœcialis officio legendū eē quiuis uel mediocriter doctus agnoſcet. Quis enī eſt qui neſciat ex romanorū īſtituto p Fœciales bellū hoſtibus indici cōſueuiſſe? Feſtiuiter Luci⁹ ueneris p̄lium a Fotide ſibi fuiſſe īdictū inquit ſine fœcialis officio: quoniā ipſamet non p īternūcios ad dādā ueneri operā ipſum īuitauerit. Nam haud multo ſuperius illam ſic introducit loquentem. Bono animo eſto. Nā ego tibi mutua uolūtate mācipata ſum. Nec uoluptas nr̄a differetur ulterius: Sed prima face in cubiculū tuū adero. Abi ergo & te compara. Tota. n. nocte fortiter & ex animo præliabor. Hunc ego locū multis ab hīc annis hoc pacto emēdaueram (ut Teſtis ē Ioānes philippus panætius Mundulphenſis & poeticæ facultatis & iuris ciuilis diligentiſſimus cultor) abſq; alicuius antiqui codicis inſpectione. Sed & poſtea cum Bononiæ eſſem Diomedes Guidalottus iuuenis īgenio, moribus, doctrinaq; ſuſpiciendus (cuius quoties memini non poſſum ſine lachrymis & gemitu meminiſſe. Qñ is ſecū quicqđ fidei, comitatis, integritatis huic ætati ſupererat & ipas deniq; muſas īmatura p̄uentus morte duxiſſe uideatur) Is inq̄ diomedes: cū īterloquēdū in hui⁹ loci mētionē īcidiſſē: puetuſtum apulei codicē a ſe uiſū affirmabat: q ſincerā īcorruptāq; hāc dictionē tueret. Sed qđ opus teſtimōio: ubi p ſe ueritas lucidiſſime patet? Addamus autem & hoc ueluti ſuppōdiū

paulo ĩfrã:ubi a q̃buſdam glabella fœmina legit̃.ac ꝓ muliere expõit̃:femina abſq; diphthõgo accuſatiuo caſu numero multi tudinis eſſe corrigenda:ac pro femoribus accipienda. Vt ſint ab hoc noĩe Femen. Virgilius. Eripit a femine. Atq; ibidem uerecũ dia non uerecunda oĩno legendum. Nam Talis eſt ſenſus. Foti dem de ĩduſtria potius q̃ uerecundia (ut ſcilicet magis accẽderetur lucius) ſua ſibi fœmora obiectu palmulæ abſcondiſſe.

Murenula qd. ac de ea Nonii codex emendatus. Cap. LVI.

n Onii marcelli de ſermonũ proprietate q̃ utiliſſimum opus quotidie hr̃ in manibus. Sed ꝑter q multis ĩ lo cis mutilatum ſit ac dilancinatũ: ita corruptũ pſæpe apparet. ut cõiectore Oedipo indigeamus. Is igit̃ Nonius ubi de ſtrophio facit mẽtionẽ hæc Turpilii uerba ĩ philopatro adducit. Suſpendit laribus marinas molles. piſarũ reticula. ac ſtrophia. Quæ in hũc modum corrigenda uident̃. Suſpendit laribus murenulas. pilas. &c. Murenula. n. ornamenti genus eſt: qđ torquem alio modo nũcupamus: a murenæ piſcis ſimilitudine ſortita uocabulũ. Cuius in morem ab opificibus torqueri conſueuerit. Na; murena cũ anguillæ formã imitet̃. in eius ſpeciem ſeſe contorquet. Huius ãt emẽdationis anſam diuus hieronymus ꝓbuit. Qui Aſellæ uirginis laudes ad Marcellã ſcribẽs. hæc melliflua uerba interſerit. Cũ primũ hoc propoſitum arripuit. aurum colli ſui (qđ murenulã uulgus uocat: q ſcilicet metallo in uirgulas lenteſcente quædã ordinis flexuoſi cathẽa cõtexit̃) abſq; parentibus uendidit. De murenula quoq; in canticis canticorũ fit mẽtio ĩ his uerbis. Murenulas aureas tibi habe uermiculatas argento. At qm̃ de ſtrophio facta ẽ mentio. ſcito ſtrophium nunc pectoralem faſciã mulierum: nũc capitis ornamentum uel corollam. nũc cingulum nuncupari. In quocunq; tñ ſignificatu uocabulũ id capiat̃: ei⁹ deriuatio apte cõueniẽterq; rñdet. qm̃ στρέφειν uertere latino ſermone ſignificat.

Detectũ ſeruii & cæterorũ erratũ, ĩ nõnullis georgicorũ uerſib⁹ exponendis. ac de olea. neptuni fonte. equoru; origine. theſſaliæ & athenarum uetuſtate non negligenda. Cap. LVII.

n On uidetur ullo modo p̄tereundus Virgilii locus primo georgicorum libro-non parua īdigens pēsitatione-Cum duas iunctim fabulas complectatur. quaru3 unam ab interp̄tibus non aīaduersā:alterā uario mō traditam liceat intueri. Locus hic est.

Tuq3-o:cui prima frementem
Fudit equum magno tellus p̄cussa tridenti
Neptune.

Ad quē medullitus intelligendū hoc in primis ignorare nō debes:Neptuni & mineruæ cōtendentiū fabulam alio modo q̄ seruius explicet-traditam inueniri. Statius in duodecio th. Ip̄e quoq3 in pugnas-uacuat collis:ubi ingens Lis superum:dubiis dōec noua rupibus arbor Surgeret:& longa refugum mare frāgeret umbra. Ferunt.n.neptunum & mineruam de īponendo athēis noīe concertantes-Cecrope:qui διφυησ.i.biformis fuit appellatus:in iudicem electo conuenisse:ut qui rem hominibus proferret utiliorem eius arbitri sententia:is a suo noīe urbem nūcuparet: Ac neptunum p̄cussa tridente terra fontē aquæ sallæ: cui postea ob id mare nomen fuit:ut herodotus in octauo testatur & papinius quo citatus est loco subinuit:Palladē uero oleā ictu suæ cuspidis euocasse. Quibus animaduersis Cecropem meliorem eē oleā ratū-mineruæ litē adiudicauisse. Quapp iratu3 Neptunū totā atheniensiu3 orā īundasse. ac ipsis p̄buisse in pœnā-Vti in publicis consultatiōibus deteriorē semp̄ sequerēt sn̄ia3: ac semper in cōgressibus & bellorū incēdiis eēnt occupati. hæc ex herodoto-eusebio chronographo. & Aristophanis cōmentario diuersis in locis. A quibus nō multū diffidentia Varro tradidit-ut autor ē Augustinus octauodecimo ciuitatis diuinæ sic inquiens. Cum apparuisset athenis repente oliuæ arbor:& alio loco aqua erupisset:regem prodigia ista mouerunt. Et misit ad apollinem delphicum sciscitatum:quid intelligendu3 esset-qdue faciendum. Ille respondit:q̄ olea mineruam signaret: unda neptunum. Et q̄ esset in ciuium potestate-ex cuius noīe potius duorum deorum:quorum signa illa essent:ciuitas uocaret. Isto cecrops oraculo accepto ciues oēs utriusq3 sexus (mos enim eis tunc in eisdem locis erat-ut fœminæ publicis cōsultationibus

interesset)ad ferendũ suffragiũm conuocauit. Consulta igitur multitudine mares pro neptuno fœminæ pro minerua tulere sententias. Et quia una plus inuenta est fœminarum minerua uicit. Tunc neptunus iratus marinis fluctibus exestuantibus terras atheniensium populatus est. Cuius ut iracundia placaretur triplici supplicio dicit idem autor ab atheniensibus affectas eẽ mulieres. Vt nulla ulterius ferret suffragia. Vt nullus nascentiũ maternum nomen acciperet. Vt ne qs eas athenias uocaret. Hactenus augustinus. Quæ si ita sunt: ad aliam fabulam opus fuerit Virgilium respexisse. Quæ icto in thessalia saxo tridentis ictu pulsu excitum a neptuno equum confingit. Lucanus in sexto pharsaliæ.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiliit.

Quod & papinianus interps in illud quarto thebaidos etiam inde iugo luctatur arion. Et probus Virgilianus interpres i hũc. de quo agimus: locum tetigere. Quorum ille in hunc modum scribit: Cum olim esset ignotus mortalibus equoru; usus & eis indigerent: Neptunus in thessalia percussa tridente terra duos pariter eduxit: Scyphium & Arionem. Hic autem in hunc. Cãpi in thessalia sunt petræi: in quibus locus Petra nomine percussus tridente neptuni equum: qui Scyphios uocatur: eduxit. Romani autem neptunum equestrem uocant. græci ἱππικὸν ποσειδῶνα: q existimetur princeps originis equorum. Et iccirco etiam poetæ tradunt ab eo donatum equũ Adrasto Ariona: & Iunoni Xanthum & Cyllaron: Quos illa dederit castori & polluci. Hæc illi. Vnde necesse relinquit ut prima tellus in maronis carmine Thessalia intelligatur. In quam: cum deucaliõis tempore maiorem græciæ partem Diluuium inundasset: multi lintribus confugientes incolumes euaserũt autore Iustino. Vndæ datum fabulæ argumentum q Deucalion hominum cõditor fuerit: & Thessalia Terrarum oĩum prima extiterit. qm̃ inde post diluuium in cæteram græciam coloni emissi fuerunt. Eius sane i thessalia loci: quẽ petrã teste probo dixim⁹ nũcupatũ: meminit Apollõius i tertio argonauticõ. ubi ei⁹ iterpres certamẽ qdam fieri ait consuesse i honorem neptuni: indeq ipsum deum

apud pindarum petræum appellari:Cæterum si quispiam Seruii fabulam sequi maluerit:illud aduertat:primam tellurem nō littus. Sed athenas exponi debere. Quoniam athenienses αὐτόχθονας.i.idigenas sese appellauerint autore Thucydide.unde autochthones attici apuleio dicuntur undecimo metamorphoseos. Propter qđ & fœminas ἀστάς.uiros ἀστούς.urbē ἄστυ.arcem eius πόλιν nuncupabant:ut Stephanus scribit. Nam ii primi urbes condidisse.& omnes orbis terrarum gentes generis uetustate præcessisse traduntur. De qua inter græcos cū argiuis:ut inter barbaros phryges cum egyptiis contenderunt teste Pausania. ꝙ autem prima tellus pro littore capi non possit Statii.pausaniæ.ac probi autoritate probatur. Qui eam cōtētionē in athenarum arce non in littore factam meminerunt. Licet quispiam posset responderē:eos autores nihil Seruiano interp̄tamēto reluctari:quoniam alia semita ingredi q̄ Seruius manifeste appareat. Sed qd ego tempus in nugis contero? & non potius ueritatis fores patefacio? Sciant igitur omnes uolo ꝙ ēt si palladis cum neptuno contentio eo modo ab aliis narrata inueniretur:quo a seruio ī hos uirgilii uersus & in octauum æneidos:ac Lactantio septimo & duodecimo Thebaidos cōmentario memoratur:Non posset ullo pacto illis uersibus a marone signari: Quoniam inconsideratus insulsusq; nimium posset appellari: Si beniuolentiam fauoréq; aucupari cupiens a neptuno.illud ei ob oculos poneret:quo maximum in se odiū maximamq; īdignationem esset concitaturus. Nam quid stultius.q̄ ei :a quo gratiam captare quis studeat:aliquid in mētem reducere:quod in eiusdem dedecus referatur? Vt in tuto igitur simus.iuentum in thessalia ab neptuno equum a uirgilio significari dicamus: & primam tellurem Thessaliam exponamus. Sed qm̄ de neptuni fonte & olea fecimus mentionem non prætereamus q̄ super utrisq; scitu digna inuenimus. De fonte sic pausanias in attica. Delubrum qđ erechtheon appellāt:ubi ingressus fueris. uideas aram Neptuni:ad quaз ex oraculo erechtheo sacrificant. intus aqua marina in puteo. Quod sane non ē admodum mirandū. Nam qcūq; continentem sine portu incolunt idem habēt cum alii omnes:tum cares:potissimum aphrodisii. Sed in hoc puteo illud historiæ memoria dignum est. ꝙ fluctibus resonat flantē

austro:& in saxo tridentis species cōspicitur. Quæ duo testimonia præsto fuere neptuno de regione certanti. hæc pausanias. Quæ ideo recitanda censuimus: ut qua causa hunc fōtem Ouidius Fretum sexto metamorphoseō appellauerit non ambiges. Nam eum non ob aquæ tantum salsedinem Maris ac Freti nomen. Sed & propter fluctuationē accepisse crediderim. Ouidii uersus hi sunt.

Stare deum pelagi longoq; ferire tridente
Aspera saxa facit. medioq; e uulnere saxi
Exiliisse fretum: quo pignore uendicet urbem.

Licet nōnulli ad fabulam respicientes: quā seruius & papinianꝰ interpꝭ exponunt: corruptis prototypis ferum reposuerint. Cū non aliter q̄ fretum qsquis ille fuit siue donatus siue lactantius qui eius poetæ fabulas soluta oratiōe in compendiū transtulit: scribendum esse admoneat. Quod ad oleam autē attinet: idē pausanias memoriæ tradit eam: cum medorum incendio urbs conflagrasset: simul arsisse: sed eodem die in duorum cubitorū mēsurā excreuisse. Herodotus uero ī urania aliquātū ab hoc dissidens meminit postridie q̄ ea cū templo exusta est: athenienses ab rege iussos rem diuinam facere(cū ī tēplū ascendissent) editū a stirpe uirgulū īstar cubiti reperisse. Qui autor in Terpsichore scribit orta epidauriis sterilitate qm̄ cōsultū ab iis oraculū respōderat Damiæ & Auxesiæ simulachra ex olea esse erigēda: nec usq̄ gentium oleæ nisi athenis tūc erant: atheniēses unā illis oleam incidendam permisisse: hac cōditione. Vt quotānis mineruæ poliadi. i. urbanæ(nam supra diximus. πολιμ. i. urbem proprio noie athenarum arcem fuisse nuncupatā)& Erechtheo sacra athenas deferrent. Oleaginū pterea ramū mineruæ solitū in panathenæis offerri statianꝰ iterpꝭ ī secūdo Thebaidos cōmētario docet. Quē tātæ ueneratiōis & æstimatiōis fuisse iuēimꝰ: ut Epimēides phæstius(q in cōdēdis atheniēsiū legibus solōis fuit adiutor)cum ab illis discederet multos honores & diuitias largiri uolentibus solum poposcerit: atq; acceptum tulerit autore plutarcho.

Virosa ponti castorea ab eodem poeta secus intelligi q̄ iterp̄tes nouerint. Cap. LVIII.

i N eodẽ georgicorũ uolumĩe legũt hæc carmina:
India mittit ebur:molles sua thura sabæi.
At chalybes nudi ferrũ:uirosaq; pontus Castorea.
In quoru3 ĩterpretatiõe uideo ireipꝑtes uaria cõminisci:nec tamen scopon ueritatis attingere.Nolo autem singillatĩ cuiusq; uerba recitare:cum tibi eoru3 cõmentarios adeundi copiam esse nõ ignorem:Sed succincte:quod apud strabonem cõperio.& Virgiliano carmini maxime quadrare uidetur in luce3 proferre.ut superioris capitis longitudo huius breuitate pensetur.Is libro geographiæ tertio de hispania loquens dicit hæc uerba.Et castoreum quidem non eam quã ponticu3 · habet ui.pontico.n.proprium est.ut uenenosum sit. Ex quibus apparet Virosa castorea in hoc Virgilii loco uenenosa debere exponi. quoniam cum africa hispania.& aliæ regiones castoreum proferant:pontus peculiariter uenenosum id ferat. Licet auicenna omne castoreum:quod maculis in nigriciem tendentibus uariegatum conspicitur uenenosum esse uideatur putare.Si quis uero ab interꝑtibus magis q̃ a Cõstantio esse uoluerit:nequaq̃ ob id sibi succensurum expauescat.Quoniam semel statuit neminem in sñiam suam inuitum uelle deducere.

Quid Erotopæcnion.correctusq; pariter Gelii & Ausonii loc⁹. Cap. LIX.

n On est dissimulãter ꝑtereũdus in Auli Geli secundo locus non ĩ impressis tm̃.sed & plærisq; manuscriptis codicibus inhoneste fœdeq; corruptus:q lectorẽ diu potest tenere suspẽsũ.Is ĩ capite de uetere parsimonia deq; antiquis legibus sũptuariis legitur.ubi sic iuenies. Huius legis Læiius poeta meminit in erotopæginis.Tu lector candide si mihi audies erotopæcniis uel erotopægniis(na3.c.&.g.sæpennumero sibi inuicem cedunt)emendabis.Est aute3 pæcnion ludicri pœmatis nomen ἀπὸ τοῦ παίζειν.i. a ludendo sic dictum.Quale Mnaseam loctum.Salpen Lesbiam.& Liuium andronicum composuisse comemorant.unde ἐρωτοπαίγνιον.i.ludicrũ opus de a more cõscriptũ.& τεχνοπαίγνιον.i.artificiorũ ludicrũ apellam⁹.Ausoni⁹ ad paulinũ.Misi ad te Technopæcnion iertis ocii mei nõ inutile opusculũ. Sed turpior men-

da apud hunc in altera epistola: quæ centoni nuptiali postponi tur: q̄ apud gelium reperitur. ibi. n. sic legitur. Quid antiquissimi poetæ Lénii Crotopeginon libros loquar? cū Lælii Erotopæc nion sit legendum. Vnde aliquos certe uersus apuleius addu cit in priori defensione magiæ. Sed & Gelianus codex: qui est i publica uaticana bibliotheca sinceram habet incorruptamq; le ctionem: quis in re tam manifesta superfluū sit ueteris codicis fidem adducere.

Vindicatus a uitio Cicerōis Strabonis & Diomedis loc⁹: simul q; ostensum unū ex idæis dactylis herculē nūcupatū. Cap. LX.

Ellem aliquàndo nòn esse tot īpressores: quot in nr̄a p̄cipue italia esse uidemus: cum maximam eorū par tem sine litteris & id propter sine diligentia esse appa reat. Satius. n. forsan & utilius foret pauciores libros sed emendatos habere: q̄ multos & corruptos. Legi diebus pro ximis aureum proculdubio ciceronis opus de deorum natura: quāuis omnia eius opera aurea sint plenaq; unionibus. Sed (p dei immortales) in quot monstra incurri: in quot rhamnos incidi. Videbar mihi libyam introiisse: adeo passim nouum ali quod monstrum offendebam. Ac p̄multa tamen ex iis domui: quæ tullianam siluam occupabant. Quorum aliqua in lectoris manum tradere non pigebit: uti is una mecum improbitatis eo rum pœnā inferat quam merentur. In tertia ciceroniani nemo ris regione idest in tertio libro: ubi sex fuisse hercules traditur: hoc monstrum apparuit. Tertius ex ideis indigitis: cui inferias ferunt. Nam quia Dactylus græce digitum latine significat: ue risimile uidetur quépiam supra dictionem illam Dactylis hoc glossema fecisse: idest digitis. Postea tertiam illam uocalem: q̄ uno utrinq; puncto uallata idest significat: a rudi aliquo alio se quenti dictioni Digitis fuisse agglutinatam. Mutatoq; paulis per paruo apice illo: qui superponi tertiæ uocali solet: in. n. lr̄a; unam dictionem indigitis fuisse effectam. ac demū eraso a co dice uerbo Dactylis glossema id in eum locum fuisse trāslatū. Sed demonstrandum est (dicet aliquis) autoribusq; probandū unum ex idæis dactylis herculem nominatum. Ecce igitur (tibi

autores. Diodorus in sexto. primi: qui quidem memoriæ tradā tur: in creta circa iden habitarũt Idæi-Dactyli appellati: & infra. Scribũt unum ex eis appellatum herculem: qui cum gloria excelleret olympica instituerit certamina. Posteros uero nominis similitudine ductos esse opinatos ab Hercule alcmenæ ea certamina instituta. Strabo etiam decimo geographiæ unũ ex idæis dactylis heracleum. i. herculem ait fuisse nominatum. Apud quem non Salanimum & Dãnaneum Sed Celmiũ & Damnameneum ex primo apollonii cõmentario legendũ admoneo: uti & in Diomedis grãmatici libro tertio quo loco de dactylo pede fit mentio non Damimamentinus Asteus pyrrichius: sed Damnameneus Heracleus & pyrrichus uel Hyperbius iudicio nostro emendate leget. Pyrrhichi plini⁹ in septimo & Solinus hypbii plinius ibidẽ & ibidẽ apollõii cõmentarius meminere. Illud autem te nolumus ignorare hunc ciceronis locum a scriptoribus uel chalcographis deprauatũ doctissimum quendam uirum in errorem duxisse. Scribentem ex herculib⁹ tertium cognomento iouis indigetis fuisse appellatũ: cũ nõ aliter q̃ idæis dactylis in tulliano codice sit emendandum.

Correctum eiusdem Ciceronis uerbum de Minerua cognomẽ to Sai. Cap. LXI.

IN eadem Tullii silua eademq; regione in hoc quoq; monstrum offendi: quod calami cuspide transfossum statim iugulaui. Nam ubi quatuor fuisse mineruas orator docet. sic scriptum inueneramus. Secunda orta nilo: quã ægyptii salete colunt. cum ægyptii saitæ legẽdũ sit. Est enim sais ægypti ciuitas: cuius populus mineruam colit. plato in timæo haud longe a principio. Est ægypti regio Delta cuius e uertice scinduntur Nili fluenta. Eius campi saitica pascua nominãtur. In quibus maxima ciuitas est: quã Sain uocant: unde Amasis fuit rex. Vrbis eius fundatrix dea fuit: quam ægyptii Neithen græci Athenam nominant. Herodotus etiam i euterpe singulis inquit annis ægyptios conuentũ agere in urbe sai in honorem mineruæ: cuius ibi templum erat: in quo & psãmetichi regis sepultura ut in septimodecimo a strabone narra-

tur. Ab ea quoq; urbe Saiticam pfecturam & Saiticum unum e septem nili hostiis nomen accepisse inuenimus. Quin etiã palladem: quam neithen ab egyptiis uocari ex platone docuimus: ab eisdem Sain appellari Lycophronis enarrator ostendit. Vnde a ppertio secũda secundi libri elegia eo nomie nominaf: ut

Mercurioq; sais fertur bœbeidos undis

Virgineum primo composuisse latus.

Differunt autem Saitæ a saiis: qm̃ Saii populi sunt Thraciæ regionis: quorum mentionem facit Aristophanes i irene: Strabo in decimo: & in laconicis dicteriis plutarchus.

Perpensus in Thusculanis locus & cum plutarchi codice emendatus. Ac de Atheniensi Lacedæmonioq; Theramene & Cothurni prouerbio. Cap. LXII

m Arcus idem tullius primo thusculanarum q̃stionum uolumine: ubi inter cætera: quæ de mortis cõtemptu exempla adducit: Socratis & Theraméis atheniensiũ testimonia exponit: hec uerba subiungit. Sed qd ego Socraté aut Theramené præstãtis uiros uirtutis & sapiétiæ gloria cõmemoro? cum Lacedæmoni⁹ quidam (cuius ne nomen quidé proditum est) morté tãtopere contempserit: ut cũ ad ea; duceretur damnatus ab Ephoris: & esset uultu hilari atq; læto: dixissetq; ei qdã inimic⁹: cõtẽnis ne leges Lycurgi? rñderit. Ego uero illi maximã gratiã habeo. q me ea pœna multauerit: qua; sine mutuatiõe & sine usura possim dissoluere. Sed plutarchus in laconum dicteris hũc quoq;: cuius cicero non esse proditum nomen testatus est: Theramené appellatum fuisse cõmemorat. Eius uerba hæc sunt. Theramenes cum eẽt ab ephoris morti adiudicatus abibat surridens: Atq; ex astantibus quopiam interrogante an etiam Spartæ iura cõteneret: minime inqt. At gestio: q hæc mihi multa soluéda é. Quã nec efflagitarim ab aliquo, nec acceperim mutuo. hucusq; plutarch⁹. Cuius e uerbis aduertendum est non mutatione uerum mutuatione in tulliano codice esse legendũ: uti manuscriptus codex meus fideliter seruat: in quo etiam non uersura legitur sed usura: cui non minus applaudo. Considerandum pterea & hoc: in latinis plutarchi exẽ-

plaribus mēdum succreuisse:cum Thectamenes in iis non Theramenes ipressoruꝫ culpa legatur. Quod ut q̄ græci codicis copiā uidēdi nō habēt aut græcas lr̄as nō didicerunt possint itelligere:Sumāt in manus codicem. Ac ispicient:qm̄ is autor per litterarū græcarū seriem icedens eo loco de iis memoriaꝫ facit quorū noīa cum Th.i.ό.a principio dictionis sequente e & r.i. ε καὶ ρ scribuntur. Sed quoniam de utroqꝫ Theramene meminimus:non omittamus hoc:quod omitti nequaq̄ meret. Theramenē priorem.i.illum atheniensem agnonis filiuꝫ & isocratis p̄ceptorem fuisse:atqꝫ ita callidum ac uersatilem ut scissis bifariam reip. Suæ rectoribus pro occasione flecteret in utrāqꝫ. qua propter cothurnus erat ab omnibus nuncupatus. Nā in hominem continue mobilem:& qui pro opportunitate nunc in unā nunc in alteram inclinaret:græco dicebatur adagio ευμεταβολώτερος κοθόρνου.i. Impēdio mutabilior cothurno qm̄ cothurn⁹ calciamēti sit gen⁹ utriqꝫ cōueniēs pedi:ac uiroꝝ mulierūqꝫ cōe. hoc aūt p̄cipue dictū uoluimus ut itelligeres qd sibi idem uelit plutarchus in politicis cuꝫ ait. Theramēis cothurnum induere debes ut utrisqꝫ conuenias:neutris tamē addict⁹. huiusce rei Aristophanis cōmentatores in ranas pollux libri septimi capite uigesimosecundo & Zenobius in prouerbiorum collectaneis meminere.

Deprensus Laurentii uallensis error in traductione homeri sup uoce ἀλειφὰρ. Cap. LXIII.

Laurentius uallēsis uir non solū doctrina sed & eloquentia singularis p̄ter Tucydidis & herodoti historias iliaden quoqꝫ homeri latina ciuitate sꝫ prorsa oratione donauit. De Thucydidis & herodoti traductione alias:nunc de homeri translatione dicamus. Is inquam laurentius plerisqꝫ in locis offendit in lapidem. ac (ut alios in p̄sentia transeamus) in octauodecimo libro:ubi græcus poeta patrocli mortui corpus cruore ac puluere sordidū ab achil is sociis lotum fuisse describit:in hoc quē proferam uersu iterp̄tando in non mediocriter labi errorem uidetur. ait.n.homerus hoc mō. ἐν δὲ ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο.idest.

In q̃ cicatrices pleuerunt(pro impleuerunt)aliphate nouẽni.
Ip̃e autem ſic traducit.
Eiuſq; uulnera nouem annorum unguento farſerunt.
Q̃d ſi plinium audiemus ἀλεῖφαρ hoc loco non pro unguento(licet & hoc ſæpe ſignificet)ſed pro oleo capiemus. Ait.n. in principio tertiidecimi de unguentis loquens hæc uerba. Quis primus inuenerit non tradit. Iliacis temporibus non erãt. Si ergo iliacis temporibus unguenta non erant. & ea; uocẽ pro unguento uolemus interp̃tari, plinio colaphũ incutimus. Si oleũ, Laurentio. Cui igitur potius fauendum? plinio per iouem. Cui tam turpem notam inurere piaculum eſſet nulla luſtratione purgandum. At laurentio os ſublinendum? minime. Quin potius uenia phumaniter danda. q̃ pliniani p̃conii parum memor. & quod dixi uocabulum oleum & unguentu; notare non neſci⁹ ab antecedenti uerſu fuit perſuaſus malle ĩ ſequenti unguentũ q̃ oleum interp̃tari. prior.n. uerſus eſt hic.
Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ. ideſt.
Et tunc utiq; lauerunt q; & unxerunt pingui oleo.
Quis.n. ſciens ἀλειφαρ oleum & unguentum uocari, ac ſupra mentionem de oleo factam aduertens, nõ hoc loco crediſſet pro unguento illud fuiſſe intelligendum? Nicolaus tamen uallenſis pliniana uerba memoriæ tenuiſſe uidetur: cum hoſce uerſus in latinum ſic transferat.
Oleoq; omnis profunditur artus:
Aetas in nonu; quod iam ſeruauerat annum.
Vlceraq; implentur.

Papinianu; Carmen in ſiluis de uerſibus Feſceninis luci datu;. Cap. LXIIII.

s Tatii papinii ſiluas tam libenter lego: q̃ quoduis fere aliud op⁹ poetarũ. Tum q̃a eruditionis plenæ ſunt: Tũ quia non parum caloris & ingenii in illis ĩuenio. S; inumeris fere locis deprauatæ: nõ in paucis male ſũt ĩntellectæ. Nec tamen id propter Domitio bellum indicendũ: Sed ingentes habẽdæ gratiæ. Quoniam ſemilaceru; cariosũq; opus illud inueniens plus multo effecit q̃ iuuẽilis ætas & unius

hominis uires paterentur. Ego uirum illum suspiciendum esse arbitror: multúq; humanioris studii cultores eius manibus debere contendo. Ac si quando (uti hominis est) labitur in erroré: dandam illi ueniam benignissime censeo. Sed hæc hactenus. In epithalamio Stellæ ac Violanthillæ: quod est in primo Siluarú uolumine: hoc carmen inuenies

Cessent mendaces obliqui carminis astus.

In cuius interptatione quid dicat interps uidere omnibus licet. Nos de Fesceninis poetam intellexisse censemus .i. carminibus illis: quæ cantari in nuptiis consueuerunt: ac plena erant mordacitatis & ioci. Præcipueq; sponsum & sponsam iocosis qbusdam scómatibus distringebant. Vnde obliquum carmen a statio apposite signateq; nominatur: ut conuicia festa a Lucano secundo pharsaliæ.

Nec soliti lusere sales: nec more sabino
Excepit tristis conuicia festa maritus.

Eius cósuetudinis Ausonius meminit in parecbasi .i. transitióe: quá in nuptiali centone facit: his uerbis. Fesceninos amat celeberitas nuptialis: Verborúq; petulantiam notus uetere instituto ludus admittit. & Catullus i epithalamio iuliæ & manlii.

Nec diu taceat procax
Fescenina locutio.

Sed nec ptermittam Baptistæ guarini pceptoris mei omni laude maioris carmina: quæ sunt in tertio suarum elegiarum libro in hunc modum.

Mixtaq; lasciuo fundat conuicia ludo.
Et fesceninos turba iocosa sales.

Fescenium auté campaniæ ciuitas fuit: ubi nuptialia inuéta sút carmina: ut testis est seruius in septimu; æn. Quæ quia ide trás lata sút: appellata sút Fescéini autore festo. Quáuis nónulli ió sic dicta uoluerint q fascinú putarent arcere. Illud autem nesci re te haud patiar: Fesceninos non solum licentiosos uersus nuncupari: q nuptiarú tpe canerent: Sed & quodcúq; aliud scómate quo aliqs iocularíter mordeat. Macrobius in secúdo saturn. Téporibus triúuiralibus Polio cum fesceninos i eú augustus scripsisset ait. At ego taceo. Nó est. n. facile i cú scribere: q potest pscribere. & Beatus Hieronymus in sermóe de assumptione uir-

ginis ad paulam &Eustochiuȝ ait. Ad p̃sepe quoq; o paulá te te ste nato puero īter crepúdia noui partus & q̃relas nesci plorat⁹. pro fesceninis Gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis multitudinē angelorū cantātiū audiuisti. huc usq; hieronymus. Vnde fit ut a fescenio potius ciuitate q̃ a fascino fesceninos autumē fuisse denominatos. poetæ āt nr̄i sensus hic esse uidet. Vt mendaces obliqui carminis astus. idest iocosi morsus q̃ quadā cū calliditate & inuolucro fesceninis īterserūt multa cōtinētes mēdacia: cessent. i. iocose lácinare desināt Stellá & uxoreȝ: tanq̃ sæpius ante cōnubiū furtiuæ ueneri opam dederint: cum hoc a ueritate sit longe remotum. Et q̃uis diu sese īuicem amauerint: nunq̃ tamen exercuerint simul hic sedētariā· illa uectoriam. oliquū sane carmen id dicit: q^d nō recta sed trāsuersa uia incedit: idest: non aptum. sed subobscurū & pplexum cauillum continet. Vt illud.

Ecce cæsar nunc triumphat: q subegit gallias.
Nicomedes non triumphat: q subegit cæsarem.

Sed si hoc papinii uersu mēdaces astus ī mordaces astus cōmutaueris: non erit forsan minus poetæ intentioni propinquum.

In Septem miraculis recensendis nō oēs cōuenire scriptores. Cap. LXV.

q Væsierat olim a nobis lr̄is Theseus noster Iacob⁹ cincius ferrungarinensis non minus poeticæ scientiæ q̃ iuris ciuilis studiosus: Quænam fuerint illa admirabilia mundi opera quæ īter septē eius spectacula numerabāt. Cui ex tēporaneo epigrāmate sic respondimus.

Quæ fuerint septem mundi miracula quæris?
  Hæc fuerant Cinci: quæ notat Antipater.
Artemidos templum: Muri babylonis: & Hortus
  Pensilis: ac memphis pyramides geminæ.
Pisæiq; iouis Statua: excelsumq; Sepulchrum
  Mausoli: atq; instar deniq; appollineum.
His super autores īter discordia multa est
  Vt docet in quodam nostra camœna libro.

Est aūt poetæ Antipatri epigrāma (si qs uidere desiderat) in pri

mo græcorum epigrãmatum libro. Sed uideamus quãta super hac re fuerit eruditorum dissẽsio. Aurelius cassiodorus qntadecima septimi epistolarũ libri formula de septem orbis miraculis hoc pacto scribit. Ferunt prisci seculi narratores. fabricarum septẽ tm̃ terris attributa miracula. Ephesiæ dianæ tẽplũ. Regis mausoli pulcherrimum monimẽtũ: a quo Mausolæa dicta sũt. Rhodii solis æneum signum: qđ colossus uocat. Iouis Olympici simulachrum: quod phidias primus artifex summa elegantia ẽbore auroq; formauit. Cyri medorum regis domu3: quã Menon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit. Babylõis muros: quos semiramis regina latere cocto. sulphure. ferroq; cõstruxit. Pyramides in ægypto: quaru3 in suo statu se umbra cõsumãs ultra constructionis spatia nulla parte cõspicit. Diodor⁹ ẽt siculus in tertio bibliothecæ obeliscũ quẽda3 babyloniæ inter septem miranda opera anũeratũ testat: & plutarchus ĩ libello: quo utra prudẽtiæ plus habeãt terrigẽa an aqgena aĩalia dis cutit: κεράτινοι βωμοί. i. altare e cornibus factũ ĩ delo ĩsula septẽ orbis miraculis ĩtertexit. Ita. ut non septẽ sed decẽ (si aduertas) huc usq; spectabula colligamus. Nec desũt alii. sed recẽtiores autores: q amphitheatrũ perinthi thraciæ ciuitatis. iunonis samiæ tẽplũ. & iouis hãmonis ædem septẽ quoq; miraculis ascripta meminerint. Sed cũ apud probatos scriptores nil super iis certi mihi hactenus sit cõpertũ: ĩ mediũ derelinquo. Herodotus certe in euterpe Labirynthum ægypti a duodecim eius regionis regibus simul constructum unum e septem hĩtis in admiratione operibus fuisse, existimat: quibus & samiæ Iunonis ædem uidetur ascribere.

Obseruatus oĩum hucusq; error Super pyramidũm etymologia: ac nõnullorũ de mensura cubiti. Cap. LXVI.

Qm̃ supiore capite de septẽ mũdi spectaculis mẽtionem habuimus: nõ ab re futurũ existimo. si quædam ad id facientia hoc loco congessero. & receptum diu errorem radicitus uulsero. Pyramidum etymon oẽs (q̃tum uideam) ἀπὸ τοῦ πυρὸς. i. ab igne deductũ cõsentiũt: quoniam flãmatũ in morẽ surgant in acutũ. Sed cũ ego nullis

psos autoritatibus niti ituear:& cætera ἀπὸ τοῦ πυρὸσ noia deriuata(ut pyraʒ·pyropū·pyragmona·pyroenta & id gen⁹ plu ra)prima nunq̄ syllaba producta enunciari īueniam:eorūʒ opi nionem auersatus in Stephani sententiam manibus(ut dī(pedi busq; contendo:q hōc modo posteris scriptum reliquit.

πυραμίδεσ ἐν ἐγύπτω κτίσμα. εἰσ ὃ λέγεται ἀνήλωκέναι κρομμύων καὶ σκορόδων καὶ τυροῦ τάλαντα μυρία πεντάκοσια. ὠνόμασθησαν δὲ πυραμίδεσ ἀπὸ τῶν πυρῶν·οὓσ ἐκεῖ συναγαγὼν ὁ βασιλεὺσ ἔνδειαν ἐποίησε σίτου κατὰ τὴν αἴγυπτον. i. Pyramides,i ægypto ædificium,in quod feruntur expensa fuisse in cepas·allia·& caseum talenta decemmilia & quingenta. Nominatæ sunt autem pyra mides a pyris(.i.tritico)quos illuc conducens rex penuriam fe cit frumenti per uniuersaʒ ægyptum.illud tamen est aduertendum:ne stephanus μυρία pro mille posuerit.quoniam diodorus in secundo mille sexcenta·plinius in trigesimosexto mille octingenta talenta in eos cibos erogata dixerunt. Cæteruʒ idē plinius in trigesimoquarto & strabo in quartodecimo·Rhodi colossum(super quo alia sciens p̄tereo a Codro explicata)altitudinis cubitorum septuaginta fuisse conueniunt:Sextus uero pōpeius in tertio·pedum ait centum & quinq;. Vnde facile ac si ne controuersia colligere potes singulúqueq; Cubitum unius cū dimidio pedis mensurā amplecti. Hoc.n.dixisse uoluim⁹:ne cum quibusdam licet eruditissimis uiris ducaris in deuiū. Qui mihi hac in re id facere uidentur:quod Comicus scribit: ut næ intelligendo nihil intelligant.

Cyclopum fabulam ab historia emanasse:ibiq; de Dionysio tyranno & Galatea pellice. Cap. LXVII.

Cyclopum fabulam:qua unoculi fuisse fingūtur(unde nomen eorum)neminem inuenias q tibi nesciat explicare. Sed q unde ortuʒ duxerit docere te possint (Nā fabulaꝝ pars magna riuulus ē ab historico fonte deductus)aut paucos·aut(absit uerbo iniuria)nullos. Ego (q̄tū ex Aristophanis in plutū cōmētario uideor collegisse(cyclopas

autumo uiros fuisse Lusciosos.i.dfectū luminis patientes:quos græci myopas uocāt. Is in illud aristophanis θρεττάνελο τὸν κυκλωπα μιμούμενος scribit in hanc sniam. Philoxenus dithyramborum scriptor in sicelia cum doriensibus erat. is die quadam Dionysii pellicem:cui nomen Galattea:nescioquā ob causam uerberauit. Re cognita Dionysius ipsum in lapicidinaз detrusit. poeta inde aufugiens in partes deuenit cytheroruз. ubi comœdiaз texuit nomine Galateam. In qua cyclopem induxit Galateæ amore æstuantem:Dionysium ipsum sub ipo fabulæ uelamento significans. Quem non aliā ob cām in cyclopis pso nam ītroduxit:nisi ꝙ & is non admodū acutam aciē oculorum hr̄et. hæc ille. Quæ si cū diligentia lector pēsitauerit inuēiet (ar bitror) non ad polyphemi cylopis cæcitatem. Sed ad luminum potius hebetudinē cōmentarium ipsum ītēdisse. Sed qm̄ quæ rere aliquis ingenio p̄ditus posset. Cuiusnā Dionysii pellicem Galateam illam fuisse intelligi debeat. patris an filii:cū constet utrunqз tyrannidem in sicelia exercuisse: Nec de quonam ari stophenius commentator intelligat ullo modo expresserit. Sciat eā Iuniori Dionysio couuenire. Quoniam senior Diony sius (ut in Timoleontis uita apud probum æmylium reperitur quod nec facile est in tyranno inueniri) libidinosus minime fuit. At iunior Luxui libidiniqз penituse mancipatus. adeo ut nouarum inuentores uoluptatum afficeret præmiis teste he rodiano libro primo. sed eiusce rei plena sunt omnia ueterum scriptorum uolumina.

Priapeia cuius: & in iis uersus emēdatus: deqз Tenedo & Tæna ro quædā: ac de Tene Tenedio tibicine. & quibusdam puerbiis pulchra. Cap. LXVIII.

In priapeis epigramātis multū ingenii multumqз do ctrinæ inuenio: siue ea Virgilius ut donatus & Serui⁹ uolunt: siue Ouidius ut ex senecæ testimonio politia nus cōtēdit. (Quorū neutrū recipio) siue portionatiз diuersi (quæ res mihi uero uidet̄ magis accedere) eadē tēpesta te poetæ cōpegerint. Sed in iis multæ scatēt mēdæ: multa sunt obelū multa sūt asteriscū poscentia. E quibus nōnulla ueluti ex

frūmētaceo aceruo tria quatuor ue grana deligētes-attigemus Epigrāma eruditissimū quo multorū deorū loca celebrant hēdecasyllabis textū īter cætera reperies:& in eo hūc uersū-Vndæ Tenedos æquorisq; regi. Qui deprauatus eē duabus ratiōibus (si lector diligenter aduerterit) cognoscet. Tū q relučtante carminis lege secūda hendecasyllabi sedes tribrachū respuit:q dactylo addicta est. Tum q tenedon neptūo sacrā nemo unq̄ scriptor memoriæ prodidit sed apollini. cuius ibi delubrum fuisse strabo in tertiodecimo geographiæ testat:quod sminthei cognomen accepit:de quo illud homeri. Smintheu p̄clare tenedi dominator apollo. Vnde Ouidius (ut cæteros p̄tereā) apolliné primo met. sic loquenté inducit. Mihi delphica tellus-Et claros & tenedos pataræaq; regia seruit. Est autē is uersus iudicio nostro sic emendandus. Vndæ tænaros æquorisq; regi. Tænarus. n. laconiæ promontoriū est:in quo & ciuitas eodem nomine a Tænaro neptuni filio appellata-ut in primo apollonii cōmētario leges. Ibi & neptuni templum teste strab. li. octauo :qd uiolari nefas græci putabāt autore Thucydide i primo & æmylio probo in uita pausaniæ. Eā sane exhibita pythone urbe Neptunus dicitur cum apolline pmutasse:quēdmodum delon latonæ concessit accepta Calauria - ut idé geographus scri. hinc tænarius de⁹ symbolicos nūcupat:ut apud ppertiū li. i. ad gallū

Non sic æmonio salmonida mistus enipeo
Tænarius facili p̄ssit amore deus.

Cæterū tenedos insula est i hellesponto ultra sigæum cū oppido:q̄ a continenti distat stadiis quadragintatcū ambitus sit stadiorum bis totidem-ut testis est plinius. In qua de Tene fabula conficta narratur:ut idem inquit strabo:a quo insula nominata est:& de Cygno:qui genere Thrax fuit & tenis pater. At quia q̄ hæc fabula fuerit:q̄ de tene & Cygno narraret-diligēs lector posset pcontari:ea nullo mō p̄termittenda uidetur. Tenes cygni fili⁹ & Amphitheæ siue hemitheæ frater- uel (ut suidas ait) hemitheæ filius Tenedon a suo nomine nominauit-quasi diceres τερὸνεδοσ. i. teni sedem. hic Philonome eius nouerca Tibicinem quendam ad cygnum adduxit:qui falso testatus est re-

nem filium eam per uim uoluisse comprimere. unde exortum est adagium τενέδιος αὐλητής idest Tenedius tibicen in falsum dicentes testimonium. Et hoc est quod Geographus illis uerbis uoluit significare. Lege diodorum in sexto & stephanum nonodecimo elemento. Quorum posterior ēt tradit (qđ non est scitu indignum) esse alterum prouerbiū græcis τενέδιος πέλεκυς .i. tenedia bipennis: in acerbe uel potius breuiter q̄stiones & alia negocia decidentes. Aristides.n. & alii tenedii dicunt apollinem manu tenere bipēnē propter ea q̄ illic de Tene contigerunt. Aristoteles uero (qđ magis cōsonu3 est) in tenediorum rep. dicit. ꝙ cu3 quidā rex tenedi lege sanxisset uti adulteri mas & fœmina securibus interirent: ac paulopost euenisset uti filius in adulterio esset dep̄hēsus: ꝓprii sanguinis cæde legē firmatum atq3 obseruatū iri mandauit. Quo mortuo regiū illđ factum in prouerbium cessisse in eos: qui similia facerent. ꝓpter id autem ferunt in altera tenedii nomismatis parte securim in altera duo capita fuisse cælata: uti monumentum essent pœnæ de filio sumptæ sempiternum. Est & aliud adagium (ut idē stephanus scri.) τενέδιος ξυνήγορος idest tenedius patronus ī seuerum, durum præcipitēq3 aduocatum. Lege super his ꝓuerbiis & suidam. Sed & hoc non p̄teribo: diuinos honores a Tenediis Teni fuisse exhibitos autoribus Tullio & diodoro. Quorum Tullius in tertio uerrinarum sic scribit. Tenem ipsum: qui apud tenedios sanctissimus deus habetur: qui urbem illam dicitur condidisse: cuius ex nomine tenedus nominat̄: hunc ipsum inq̄ Tenem pulcherrime factum: quem quondam in comitio uidistis: abstulit magno cum gemitu ciuitatis. Quin & hoc nō omittam: Tibicini lege interdictum a Tene ne templum ingrederetur ob eam quam superius causa3 explicaui: teste diodoro. ac lege statutum uti post humeros iudicis & rei uir bipennifer in iudicio sisteretur: a quo uter eorum doli captus esset securi percussus occideretur. unde in aspectu terribilem dici prouerbium consueuit Τενέδιος ἄνθρωπος idest Tenedius uir teste Zenobio & suida.

Sanata in iisdem priapeis cicatrix uetustissima: deq; harpagio & cyzicena proserpina e græco quædā. Cap. LXIX.

n On minori indiget castigatione hic quē referā uersus eo: quem superiori capite emēdauimus. Præcipue cum eruditissimum quendā græce & latine uiru; ī p̄ceps duxerit. Is in eodem est hendecasyllabo in oib⁹: quos uidere licuerit: Exēplaribus in hūc modum. Raptā cocytos ostreosa diuam. Quem olim sic emēdabamus. Raptū cyzicos ostreosa diuū. Ganymedē intelligentes a ioue raptu; apud cyzicenos uenerationi fuisse. In quam lectionem hæc strabōis uerba me adducebant: quæ sūt libro tertiodecimo. In Priapeni ac cyziceni agri confinio harpagia fuit locus: unde raptum dicunt ganymedem. Cui etiā stephanus suffragatur: illud addēs. harpagia neutro genere declinari. Accedebat ad hoc: q̄ nusquā proserpinam in honore peculiariter habitam Cyzicenis me legisse memineram. At cum anno ab hic octauo priapeium opusculum amicis quibusdam meis domi (licet ob eam: qua refertissimum est: obscenitate; inuitus) interpretarer. Quæsiui rursum diligenter: si quid inuenire possem: cuius fulcimento raptam diuam non immutarem: Nam præcedens ille uersus ennææ cererem nurus frequentant. omnino persuadebat ita esse legendum. Tandem multis euolutis chartis. hæc apud stehanum uerba inueni: quibus omnis ablatus est e medio scrupulus. Ea sunt elemento secundo. ubi de Besbico insula loquitur uicina cyzico. in hanc a nobis traducta sententiā. Agathocles in primo de cyzico Besbicum dicit ædificium fuisse proserpinæ: & nomen accepisse gigantis. Gigantes enim Rhyndaci fluminis ciectamenta quærentes. abruptis littoribus mare peruium reddere cogitabant. Sed proserpina cyzico metuēs littoreis petris radices indidit: insulamq; formauit. omnes præterea gigantes: qui reliqui fuerant: una cu; hercule excidio dedit. hactenus Stephan⁹. Cuius e uerbis cum proserpinam super Cyzicenis rebus sollicitam fuisse ostendatur: non inepte coniectabis eam numen cyzicenorum fuisse. Q̄d autem cyzicos ostreorum captura & nobilitate celebris fuerit nemini dubium: cū multi & p̄cipue plinius monimentis mandauerint. Cæterum quoniam harpagia

nominauimus hoc quoq; in trāscursu te docebo harpagium ēt uas quoddam significare angusto orificio fundoq; perforato: Quod si aqua impleueris ac digito statim os cluseris ne guttā quidem effundet. Eius rei causam alexander aphrodiseus assignat in sexto problematum.

Reformatus ibidem uersus: ubi Crete pro Arete perperam legebatur. Cap. LXX.

i N eodem quoq; opusculo epigrāma quoddā trimetro iambico constans legenti sese obuium faciet: ubi priapus inducitur hos uersus p̄ter alios p̄ferens.

Non ficus hic est p̄ferenda uicinæ.
Vuæq; quales flaua nō legit crete.

Quorum posterior sic luci suæ reddendus est (uti codex quidā Andreæ mancini māliani ciuis mei sacerdotis pariter honestissimi nobisq; amiciss. mi testimonium facit).

Vuæq; quales flaua legit Arete.

Fuit. n. Arete Alcinoi phæacum regis coniūx: & Rhexenoris ei⁹ fratris filia. De qua crebra mentio apud homerum cū alibi: tū septima odysseæ rhapsodia. Intelligemus autem uuas a priapo demonstrari: quas cantatissimū alcinoi tulerit uiridariū: in quo omnium generum poma excellentissima fuisse predicatur. Sed hoc non ignorandum Areten tam prima q̄ secūda syllaba producta enūciari ut ex homeri testimonio potest demonstrari: ac deridendos esse qui primam corripuerūt. Illud quoq; non tacebo nullo nobis pacto placere ut crete ī p̄posito uersu legat̃ q̄m epithetō illud flaua nos inde auertit: q̄d fœminæ aptissime datur: non q͂ creticum uinū in summo olim p̄cio habitum uelimus inficiari. Te tamen amice lector (ut dixi centies) lege non astringimus.

Declaratus in Ouidio locus in quo interp̄tes hæsitabant ac de Canace & Arne æoli filiabus non inutilia. Cap. LXXI.

Vt per mare aliorum scriptorum uelificando lassat⁹ sum ad Ouidium meum regredior tanq̄ in optatissimo portu spiritum resumpturus. In eo. n. quicquid in

litteraria mensa gustui acuendo oblectandoq; desiderat inuenio. Nec unq̃ ab eo memini recessisse sine lucro alicui' reconditæ historiæ fabulæ ue: aut uocabuli exacte appositeq; locati. Vnde fit ut in dies ad ipsius sacrarium magis sitienter accedaз. Legebam anno ab hinc septimo cum ferrariæ essem per amœnissimum hortulum Mœcenatis mei Augustini uillæ equitis nunquam satis laudandi expatiando sextuз metamorphoseō. in quo sesquiuersum hunc offendi nondum in litterariis ludis (quod sciam) interpretatum.

Te quoq; mutatum toruo neptune iuuenco
Virgine in æolia posuit.

Cui nos hanc aptamus fabulam ita apte: ut iure alique excludi non debeat. Canacem siue Canachen (utroq; enim modo in græcis reperio) æoli filiam a neptuno in iuuenci formam mutato compressam significari asserentes: quod testatur diodorus in primo. Vnde natus Triopas erisichthonis pater teste in hymnis callimacho & eodem diodoro in sexto. Cum olim metamorphoses priuatim enarrarem Arnem æoli etiam filiam inui ab Ouidio docui: quæ æolum & boeotum filios ex neptūo cōcepit. ut in quinto eiusdem diodori uolumine scriptum apparet. Sed quia is sub tauri specie hunc deum ipsam uitiasse nō refert. nec hoc apud alium autorem hactenus legi: superiori fabulæ libentius ut a calumnia tutiori adhæreo. Licet ex uarronis uerbis in secundo rei rusticæ libro coniectare quis possit: Quæ hoc modo leguntur. Præterea scio hunc (bouem intellige) esse in quem potissimum iuppiter se conuertit: cum se prostrauit p mare e phœnice amans europam. hunc esse qui filios neptuni e melanippa seruarit: ne in stabulo infantes grex boum obtereret. Sed hoc non reliquam intactum. Quam nicocrates stephanus Euphorion & diodorus Arnem uocant: Euripidem. Dionysium halicarnassæum. Strabonem. iuuenalem. Varroneз Melanippam nuncupare. quæ æoluз hippotæ peperit. si credimus diodoro.

Quænam polyphemonis neptis eidem Ouidio: ibiq; de quatuor mulieribus qbus nomen Alcyone. Cap. LXXII.

s Cio q̃ plurimis litterarum professorib⁹ frõtẽ imaduisse- cũ in hunc nasonis uersum septio metamorphoseon ĩciderunt.

Innexáq; nouis neptẽ polyphemonis alis.

Nec me subit admiratio.cum idem mihi sæpenumero acciderit:& hæc(q̃tum meminerim)fabula solẽnis & unica sit apud latinos probo uirgiliáo interpreti primogeor.in id carmen Dilectæ thetidi Alcyones:qui multorum adhuc manibus non teritur.Is eo loco scribit Alcyonen Scyronis attici latronis filiã polyphemonis filii-cum a patre ei preceptum esset ut sibi maritum quæreret-arbitratam permissum sibi ut cum quibus uellet coiret corpus sum uulgasse:quapropter ab irato patre in mare fuisse demersam:ac deorum miseratiõe in auẽ sui nominis cõmutatam.Polyphemon autẽ alcyones auus(ut hoc quoq; edisca;)is est(si pausaniæ in attica credimus)qui procrustes ab innumeris græcis latinisq; scriptoribus appellatur-cuius in eo uersu in ibin fit mentio.

Vt scinis & scyron:& cum polyphemone natus.

Nec p̃tereundum Tres p̃ter hanc alcyones reperiri unam atlante genitam & a Neptuno compressam: cuius Ouidius meminit in quarto fastorum. Alteram æoli filiam & ceicis uxorem: de qua undecimo met.fabula memoratur.Tertiam Eueno fluuio natam ac Marpissam alio nomine appellatam:cuius mẽtio apud homerum habetur in nono iliados.Non relinquam autem hoc indictum-melius facturũ q innixam q̃ innexam in nasoniano carmine exarauerit:

Polycleti nomen in thusculanis ciceronis non mutandum. Cap. LXXIII.

Qm̃ in prima ciceronis thusculana multos uideo ad mirari polycletum statuarium illustre; inter pictores his uerbis nominati. An censemus si fabio nobilissimo homini laudi datũ eẽt q pingeret:nõ multos ẽt apud nos futuros polycletos & parrhasios fuisse? ac existimare codicem oratoris esse mendosum:eximere hunc ex eorum animo scrupulum probatorum scriptorum testimonio enitar.

Sed prius fateri hoc uolo me olim non polycletos Sed polygnotos in sinceram lectionem recepisse. quoniam apud pliniũ fabium-uictruuium & alios legeram polygnotum celeberrimũ fuisse pictorem: quem pausanias in attica ad læuaꝫ propyleorũ athenarum pinxisse achillem inquit inter uirgines in scyro uersantem: & in templo castoris & pollucis nuptias filiarum leucippi. Quem & plinius patria thasium fuisse ac nonagesima olympiade floruisse multis illum cõmendans uersibus libro trigesimoquinto testatur. Nunc muto iudicium: nec aliter q̃ polycletos uel polycletas (naꝫ polycles-polycletes-& polycletus iclinatur) scribendum contendo. qm̃ duos fuisse polycletos iuenio-unum statuarium apud omnes cantatissimum: alteruꝫ pictorẽ: cuius Lucianus in dialogo uirtutis & mercurii-ac Victruuius in procemio tertii architectonicæ meminere.

Hostiæ natali die & ad apollinis in delo aram an sacrificarẽtur. Cap. LXXIIII.

In tertiodecimo met. libro-ubi Anius rex & sacerdos deli insulæ anchisen hospitio recepisse narratur-hunc iuenio uersum.

Cæsarumqꝫ boum fibris de more crematis.

Et in epistola: qua cydippe respondet acõtio: hæc etiã carmina.

Protinus egressæ superis: qbus insula sacra est:
Flaua salutatis thura merũqꝫ damus.
Dumqꝫ parens aras ũotiuo sanguine tingit &c.

Quibus in locis a cæteris discrepare autoribus poeta uidetur: q̃ tradunt ad appollinis delii aram mactari hostiam nullam consuesse. Cloacius uerus ordinatorum li. secundo ita loquitur-ut scri. Macrobius tertio saturnalium. Deli ara est apollinis γεμητοροσ: in qua nullum animal sacrificatur: quam pythagorã uelut inuiolatam adorasse produnt. & Cato de liberis educandis. Nutrix hæc omnia faciebat in uerbenis ac tubis sine hostiis: ut deli ad Apollinis genitiui aram. Laertius item in pythagora. Deniqꝫ & aram Delii tantum Apollinis genitoris: quæ post ceratinum est: adorare-frumentaqꝫ & hordeum & placentas illi absqꝫ usu ignis imponere solitum-cæterum nulla iecinora ut

Aristoteles in deliorũ rep. testatur. Hanc ob causam teste eodẽ
macrobio mantuanus poeta cum æneã delũ peruenisse descri
bit in tertio æn. nullam ab eo hostiam cæsam fuisse cõmemo-
rat. Verũenimuero qm̃ q̃rere aliqs posset cuius rei causa obser-
uatum fuerit ut ĩ apollinis delii ara hostia nõ ĩmolaret̃: ea mihi
omnino uidet̃ explicanda. Meminisse igitur debemus (ut uar-
ro scribit autore censorino) antiquos romanos id moris institu
tiq; tenuisse, ut die natali manũ a cæde ac sanguine abstinerent:
ne die, qua ipsi lucẽ accepissent, aliis demerent. Vnde ãnale mu
nus genio non hostiis sed mero, libis, floribus ac thure solueba
tur. Persius. Funde merũ genio. & Ouid. tertio trist. ad natalem
suum. Fumida cingatur florentibus ara coronis: Micaq; solẽni
thuris in igne sonet. Libaq; dem pro te Geniale notantia tẽpus.
hinc iidem romani die ædificationis Romæ (quẽ festũ agebãt,
natalem patriæ nuncupantes) nihil animatũ sacrificiis adhibe-
bant autoribus plutarcho in uita Romuli ac solino: existiman
tes diem ipsum patriæ origini consecratum purum & sine san-
guine seruari debere. Et primam quinquatruũ lucem cædis ac
sanguinis expertem esse uolebant: q̃ ea mineruam in lucẽ edi
tam memorabant, cum quatuor sequentibus diebus exertis en-
sibus confligerent gladiatores. Quin & in natiuitate anni. i. pri
ma anni die a cædibus abstinebant. Vnde beatus hieronymus
nullum esse toto anno diem inqt p̃ter calendas ianuarias: quo
non qngenti martyres affecti supplicio numerentur. Et strabo ĩ
decimo, Thucydides tertio, plutarchus in laconum dicteriis in
tra delum mortuos tumulari nefas fuisse inquiunt, nõ aliã (pu-
to) ob cãm: nisi q̃ ea natali sacra erat apollinis & dianæ. Vt igi-
tur domum redeam: qm̃ id altare natiuitati appollinis erat cõ-
secratum, scelestum putabant apud ipsum uictimas cædere. Sed
eius moris oblitus in ꝓpositis uersib⁹ uidetur Ouidius: nisi eũ
illo modo tueri uelimus (si tñ solutio hæc aliqd quadrat) quo
macrobius eundem maronem. Queẽ, cum anchisẽ delo disce
dentem taurum inqt mactasse appollini, ad aliam aram id factũ
intellexisse existimat. Quomodo & illud plutarchi ĩtheseo ĩtel
ligere oportebit: cum ait. Theseum ex creta soluẽtẽ in delum sẽ
contulisse, ac deo ĩmolasse. Cæterum (ut qd sentio ingenue fa-
tear) in hoc ut plærisq; aliis non conuenire scriptores censuerim

Nec maronem macrobii nec Ouidium alicuius defensione ĩdi gere. Quod ut penitus credã & plutarchi: quæ citauimus: uerba & hæc ciceronis in tertio de deorum natura efficiunt. Pythagoras cum in geometria quiddam iuenisset: musis bouem ĩmolasse dicitur. Sed id quidem non credo. Quoniam ille ne apollini quidem delio hostiam ĩmolare uoluit: ne aram sanguine aspergeret. In iis. n. uerbis Tullius etiam aĩatum ad apollinis in delo aram sacrificari solitum uidetur ĩnuere. Sicut in alexandri seueri uita hostias natali die fieri consuetas Lampridius. hanc tamen ut cætera oĩbus: qui doctrina & ingenio magis ualent: q̃stionẽ finiendam relinquo.

Tyches urbis nomen interpretatum: ac de ea Tullius & Liuius emendati. Cap. LXXV

u

Idere uideor rem facturus egregia; si duobus latinæ linguæ principibus Tullio Liuioq; una opera suppetias feram: Et næuũ quẽdam a facie suorũ uoluminũ tollam: qui super eadem fere materia deformis apparet. In sexta. n. actione in uerrem: cui titulus est de signis: eo loco quo Syracusas describit Tullius. hæc uerba offendes. Tertia est urbs: quæ. q; in ea parte fori unum fanum antiquu; fuit. Thice nominata est. Quæ si hoc pacto legeris. nunq̃ sensum ullum elicies: quo cur ea urbs Thice appellata fuerit detur cognoscer. Lege igitur sumptibus nostris in hunc modum. Tertia est urbs: quæ. q; in ea parte fortunæ fanum antiquum fuit. Tyche noĩata est. & sensum reddes apertissimum. erit enim talis. Tertiam syracusarum urbem a fortunæ uocabulo: cuius ibi antiquissima ædes fuerit: Tychen appellatam fuisse. Nam τὺχη fortũa a græcis nuncupatur. In quarto autem tertiæ decadis libro sic scriptũ reperies. hexaphoro Theodotus & Sosis post solis occasum obscura luce inuecti cum cruentam regiam uestem atq; insigne capitis ostentarent transuecti per Thincam. Quo loco Tychen nõ Thincam legere oportet. quoniã a Tyche (uti diximus) idest fortuna nomen adepta est. Et ut rationi scriptorum etiam accedat autoritas; audi q̃ Stephanus dicit. Tyche ciuitas siceliæ prope sy

racusas, Ephorus in duodecimo insulã; Tychiam uocat.

Salaminia & paralus naues q̃ fuerint: quotq; athenis factiones & tribus. Cap. LXXVI.

a Pud chæroneum plutarchũ in scribenda historia (ut cætera taceã) nulli græcorũ posteriorẽ hæc uerba legimus in pericle. hic autẽ frequẽtiã & satietatẽ (quã interuallis explebat) fugiẽs, non omni de redicebat: neq; accedebat ĩ concionẽ. uerũ seipsũ (ut salaminiã nauẽ critolaus ait) ad res maximas & opportũissima tempora reseruabat. In quibus memini me olim multos eruditos uiros nec infimi nostro tempore nominis interrogasse. Quid Salaminia illa nauis critolai daret intelligendum: nec ueri qcq̃ aut certi reportasse. Postmodum ex multiiuga lectione huiusce nodi enodationem per nos ipsos reperimus. Quæ (quia latinis inuẽtu rara scituq; perpulchra) non uisa est intra scriniũ cõprimenda. In eiusdem plutarchi libro, qui politica. i. ciuilis institutio inscribitur hæc reperies: quæ suprascriptæ sententiæ uera sunt glossemata. Quidam Themistoclis illud magnificum esse putant & gloriosum: quorum sententiæ critolaus peripatheticus ait repugnari uidetur. Iactasse enim Themistoclem hæc uerba accepimus. Quemadmodum Salaminia & parala sic appellatæ naues athenis nõ ad quodlibet opus sed omnino pro magnis & necessariis rebus solitæ erant e nauali produci, atq; nauigationem aliquam inituræ deduci: ita sua ipsius opera tempu. uti debere non ad quis Sed pro maximo & amplissimo quoq; munere. Salaminiã; autem nauim dictam existimo a Salamine insula contermina atticæ: q forsitan eam deuicto illic xerxe athenienses abduxerint: uel q eam primum contra eum regem ad Salamina produxerint. Paralus autem a paralo heroe (si suidæ credimus) nomen assumpsit. (Quem longa naui primum nauigasse egesias teste pli. libro septimo: ac genere pylium fuisse, & cũ meiãtho codri patre athenas concessisse clazomenasq; cõdidisse strabo in quartodecimi libri uestibulo docet) uel q παρα την αλςp. i. iuxta

mare-aut πάρα τᾶσ ἀλλᾶσ.i.iuxta alias naues locaretur. Sed sciendum Salaminiam & paralum naues fuisse uelocissimas: ac Salaminiam populo-paralum sacris ministerium exhibuisse ut idem suidas meminit: Nā Salaminia in iudiciū uocatos ducere paralus in sacrificium missa abducere consueuerant. Caeterum a paralo parali dicti fuerunt eius nauis ductores-& per excellentiam oīum nauigiorum: teste aristophanis cōmentario ī ranas. Quin & parali siue paralii una trium factionum athenis uocabatur. Nam (ut hoc quoq; obiter discas) atheniēsis ciuitas in tris olim factiones fuit segregata-quēadmodum in eiusdem plutarchi politicis memorat. in Diacreos pediasios-& paralios. Quorum diacrii a diacria-ubi pallas pandionis fili⁹ habitauit-pediasii a pedia-paralii a paralia uicis atticae (quorum meminit Stephanus) nomen acceperunt. Nec me fugit paraliam quoq; e tribubus athenarum unam primitus fuisse nuncupatam-ut diacrin alteram. Didici.n.apud iulium pollucem in octauo cecropis tempore athenarum urbem in quatuor tribus fuisse diuisā. Quarum noīa haec erant. Cecropis-autochthon-actaea-paralia: postea cranao regnum adepto priorem appellationem euanuisse: atq; haec nomīa fuisse imposita. cranais-atthis-mesogaea-diacris. Sub erichthonio autem his abolitis haec successisse Dias-athenais-posidonias-ephaestias. Quae rursum ab ionis filiis: qui post erichthonium fuit & Leontē: hoplitae-Aegicōres-& cades fuerunt nuncupatae. postremo loco regnante alcmaeone ex apollinis pythii oraculo decem tribus constitutas-ac de nomine plurimorum regum p̄teritorum ita noīatas. Erechthis-Cecropis-aegis-pandionis-Acamantis-antiochis-Leōtis-Oenis-hippothoontis-aeantis quib⁹ duae postea additae antigōis & demetrias: quae in attalida & ptolemaida fuerunt transmutatae. s; nec hoc p̄tereundū uidetur-ut Antigonis & demetrias tribus decem tribubus ab antigono & Demetrio regibus in sui nominis memoriam fuere adiunctae: ita Salaminiae ac paralo nauib⁹ duas alias antigonidis & ptolemaidis nomine fuisse additas autore Suida.

De hylotis platonis codex castigatus: ac de seruis secundum uarias regiones nonnihil. Cap. LXXVII.

F Acit interdum unius litteræ immutatio ut q̃ intellectu facillima sunt reddãtur Legentibus difficillima. ut in his mihi accidit platonis uerbis in eo libello: cui titulus Alcibiades primus. ubi Socrates in hunc modũ introducit loqui. Quicqd agrorũ lacedæmonii aut sui aut messaniæ possident nemo utiq; dubitaret quin amplitudine & ubertate ac seruorum tam aliorum q̃ ileticorum frequentia, & equorum p̃terea aliorumq; pecorum: q̃ fert messania: copia nostra exuperet. Diu enim multũq; me torsi ileticorum uocabulũ non intelligens. Quod ne tibi quoq; eueniat admonitum iri te uolum⁹ Hiloticorum esse legendum. erant. n. hilotæ siue helotæ (nam utroq; modo recte scribuntur: cum ει diphthõgum a principio teneant) peculiare seruis apud lacedæmonios nomen De quibus ita æmylius prob⁹ in uita pausaniæ. Est genus quoddam hominum: quod hilotæ uocatur. Quorum magna multitudo agros lacedæmoniorum colit: seruorumq; munere fungitur. Celebre est cleomẽis Alexandridæ filii dicteriũ teste plutarcho: qui aiebat homerum lacedæmoniorum poetã esse: hesiodum uero hilotum atq; seruoru3. q hic agriculturæ ille rei bellicæ p̃cepta tradidisset. Dicebantur autem hoc nomine ab helo in laconia urbe: unde primi lacedæmonem serui se contulerãt. Nam seruos aut e populorum nominibus unde uectabantur: ut Lydum ac Syrum: aut iis q̃ in ipsorum seruorum regiõibus magis usurpabãtur ut Mães & Midas ex phrygia: uocare mos fuit autore strabone septimo geographiae. Non relinquam tamen intactum quod Stephani uerbis in chio & pollucis libri tertii capite octauo colligimus: q̃m in latinis adhuc cõmentariis (q̃tum nouerim) non fuit expositũ. Queãdmodum lacedæmoniorũ serui peculiari uocabulo hilotae uocabantur. ita argiuorum Gymnesios uel Gymnetas. Sicyoniorum corynephoros. Cretensium Dmoitas uel (nisi corruptus sit iulii codex) Mnoitas & clarotas: Thessalorum penestas. Mariandynoru3 Doryphoros: italorum pelasgos appellatos fuisse. Non relinquam & hoc: hilotas libertate donatos Neodamodes penultima producta, idest recenter domitos solitos appellari. Cæteru3 hilotæ primæ uox flexionis & hilotes tertiae inueniuntur ut autor est stepahnus.

Explosus cum pudore uersus adulterinus:q bucolicoru; maro nis nemus occupabat. Cap. LXXVIII.

Icet interdũ animaduertere aliquib⁹ in locis ꝑtermis
l sa-aliquibus supaddita esse uerba scriptorum male
eruditorum uitio:cum apuđ poetas-tum apud soluta
oratione scribentes. Vti in sexta bucolicorum ecloga quos apponam uersuum ultimus eradendus obliterãdusq; ex albo uirgiliano ueterum exemplarium testimonio & rationis uinculo arguitur. Versus hi sunt.

Tum uero in numerum faunosq; feras uideres
Ludere:tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Rhodope miratur & ismarus Orphea.
Quantum omnis mundus gaudet cãtãte Sileno.

Is igit:quẽ dixi:uersus in duobus codicibus altero uetustissimo priuata-altero mediæ antiquitatis in publica uaticana bibliotheca non inuenitur. Sed superadditus a nescioquo structuræ ignaro ex honorati cõmentario ita dicentis. Nã ita gaudebat mundus:ut inde dicat. Et inuito processit uesper olympo. Atq; ut e uirgiliana familia libentius illum eiicias-primã ĩ Sileno syllabam claudicãtẽ aduerte. Quæ corripi ratione contra nitente non potest:cum a græcis diphthongum excipiat. sic enim ab illis silenus scribitur. σειλήνος. unde a quibusdam male cum y psilo scribendus ꝑcipitur:a quibusda; male-ll-duplici exaratur. Constructio autem pulcherrima in hunc modu;. Nec tm̃ phœbo gaudet parnassia rupes:quantum fauni-feræ quercus sileno gaudent. Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus orphea: q̃-tum fauni-feræ-quercus mirantur silenum. De Silenis autẽ nõ ĩiocunda quædam dicturus fueram ex pausania:nisi me amic⁹ meus monuisset-ea iam in cõmentarios fuisse relata. hoc tamẽ dixero silenum historici etiam nomen esse plutarcho & ciceroni. qui inter cætera q̃ composuit opus de Aetna condidit:ut testis est Stephanus in palice.

Recognitæ quædam Iuuenalis uoces:quæ contra carminis legem legebantur. Cap. LXXIX

P Vdet me sæpenumero Iuuenalis satyras lectitãtẽ tot mẽdis esse informes.cum tot eruditione atq; ĩgenio ꝓstignes uiros cõmentaria in ipsas edidisse conspicio. sed sorte; sæpius misereor nostram:cu; toto(ut aiũt) cælo frequenter cespitare doctos etiã & oĩa nullũ nosse itueor. in sexta satyra profectura domo syllaba reclamante a nõnullis. ꝓfectura domus ab aliis sententia pene insipida legi uideo :cu; prouectura domo uetustissimi pleriq; codices legendum uociferent.In quĩtadecima uero concurrentia saxa Cyanes syllaba ẽt indignante pro Cyaneas.Et de corcyrea temetũ deduxerat urna:pro temetum duxerat.duabus correptis syllabis :quarum prior Donati.porphyrionis.& flacci testimonio(licet alii cõtra sentiant)posterior oratiani quoq; carminis & rationis fulcimẽto sunt producendæ.Ratio.n.hæc. ꝙ Temetu; a mente cõpositionis extremum suscipit.Quæ natura positionis(licet amissæ) syllaba; protrahit.Oratii uersus hic est secũdo epistolarũ libro ad Florum.pullos oua cadum Temeti.nẽpe modo isto.
Sed qm̃ quæri ab aliquib⁹ posset cur donatus & porphyrio cũ primam Temeti syllabam producendam ꝑcipiant . de secunda conticuerunt:his ita censeo respondendum.Quia non omnes primam in temeto a tentando.sed nonnulli a temerando nõnulli a tenendo :quorum utrũq; primam corripit:deduci existimant.(Vnde in Abstemio secundam nũc productam nunc correptam inuenies).Sed omnes reliquum eius uocis a mente deflecti conueniũt.Eam ob rem Terẽtianum & oratianum iterꝑtem de prima nõ de secunda syllaba prudenter mentionem fecisse.Atq;(ut:quod diximus:uerum esse compertas)secũdã i.abstemio syl:abam hoc uersu quintodecimo metamorphoseon lõgam esse aduerte.Vina fugit.gaudetq; meris Abstemius undis.Breuem autem in hoc:quẽ citat fulgentius:Abstemiũ meru lenta fugit Meoœnia nomen.Licet igitur statuas in prima Temeti tuo uti arbitrio posse:siue eam producere placeat.siue corcipere.Sed in secunda nequaq̃.Quando eam corripere iure ullo non possis.

Maronis in cyri uersus purgatus a macula.& de sicyoniis calceis nonnihil. Cap. LXXX.

S Vnt q̃dam maronis opuscula p̃ter tria illa ab omnib⁹ decantata: quibus quia scriptorum incuria opus est cẽsura impendio laboriosa: illud eius poetæ dictũ eue nit: q̃d in adagium cessit. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Sed inter cæteros is libellus deformibus obruit̃ mẽdis: qui ciris nuncupatur. Earum una est hoc uersu.

Cognita nec teneris pedibus sic omnia seruans.

Quẽ ego diligenti pensitatione contrectãs sic resarcio.

Cognita nec teneris pedibus Sicyonia seruans.

Nam Sicyonia calcei genus esse apud plerosq; comperio. Quorum Iulius pollux libri septimi capite uigesimosecundo Sicyonia inquit quorũ inuentũ fuerint nomen ipsũ ostendere. Quẽ Stephanus interp̃tatur. sicyonem dicens cõmuni genere peloponesi urbem fuisse: a qua Sicyonia calcei fuerint appellata. Eorum meminit festus hunc Lucilii uersum in testẽ adducens.

Et pedibus læua Sicyonia demit honusta (sic.n. legere malim q̃ honesta: nam accusatiuus est casus honusta nisi conniueã) & Lucretius in quarto hoc carmine.

Vnguenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

M. Tullius Sicyonios appellat calceos in primo de oratore sic scribens. si mihi calceos Sicyonios attulisses non uterer q̃uis essent habiles ad pedem: quia non essent uiriles. Cõstet autem Sicyonia Cicerõis & Lucretii testimõio calceos fuisse muliebres & molles: atq; ob id a marõe cõuẽiẽtissime datos regiæ mulieri

Eiusdem opusculi locus elucidatus, ac Lucãi, Ouidii, Statii uersus emaculati: & Edonum ac Berecynti orthographia.

Cap. LXXXI.

In eodem quoq; uolũine ex his carminibus prio ario latoř op⁹ uř. Sæua uelut gelidi sidonũ bistõis honořs
Icta ue barbarico cybeles antistita buxo.
Infelix uirgo tota bacchatur in urbe.

Quem nos ita corrigimus.

Scæua uelut gelidis Edonum bassaris oris.

Vt poeta dicat Scyllam œstro cupidinis agitatam non aliter furibundã iuisse, ac Thraces mulieres solerent: cũ bacchi orgia furore fanatico discurrentes celebrabãt. Quẽ locum imitatus uř

lucanus cum in primo pharsaliæ inquit.
Ogygio edonis decurrit plena lyæo.
Sic.n.legendum contēderim.nō edonis ogygio. Quãuis seruiᵘ in undecimū æn. Systolen uelit fecisse lucanum. Accidit.n.sæpenumero uti dictiones in scribendo præposteræ collocētur:ut apud Ouidium in heroidibus & in arte. Ionicas inter:p inter ioniacas:nam ionia primam corripit:secundam pducit, & apud statium in quarto thebaidos. & dubiis malea uitata carinis:pro Vitata Malea. edones autem siue edoni media producta populi sunt thraciæ testibus Stephano & Herodoto i polymnia. Quorum nōnulli primam pcipiunt syllabã p æ diphthongū scribi: nōnulli per e spiritu pcedente. Sed stephanus p e.ac(si fidelis est codex) sine spiritu scribendã ostendit. sic.n.est apud ipsū ηλωροι. Barbaricum autem buxū Tibiam itellige uel qꝫ ea barbara gens.i.phrygia in sacris cybeles uteret:uel qꝫ ea e buxo esset:qᵈ in berecyntia regione etiam barbara proueniret. pli.in sextodecimo. Buxus pyrenæis ac cythoro montibus plurima ac berecyntio tractu Berecyntum sane ciuitatē fuisse in phrygia nemo est qui nesciat:unde Berecyntiam matrē deorū legimus nūcupatam. Sed notatu cōueniens est. Eundē stephanū dictionē hãc p.t.exilem scriptam reliquisse. Barbarorum appellatione quinam intelligi proprie debeãt ex festo pōpeio doceberis elemēto secundo. & Strabone libro geographiæ quartodecimo.

Adrasteæ. Rhamnusiæ. Nemesis nomen & uis:& super iis opiniōes diuersæ. cū uirg.& pliniãi loci expōne. Cap. LXXXII.

Egimus in eodē libello etiãnū hæc carmina:q ob uocem latinis raram. difficultatē p se ferūt nō paruam.

Hei mihi ne furor ille tuos inuaserit artus.
Ille arabis myrrhæ quondam q cæpit ocellos.
Vt scelere infando(qᵈ nec sinit Adastrea)
Lædere utrunqꝫ uno studeas errore parentem.

Sunt enim nō adeo pauci:q quid Adrastea sit nesciant. Sciãt igitur Adrasteã dici deam superborum ultricem:Quã & Rhamnusiam & Nemesin legimus nuncupatam:& plinius in undecimo tradit latinum nomen non inuenisse. Adastreæ nomen sane ab Adrasto accepit:a quo primum consecuta est templum:

ut Calisthenes & Antimachus autore strabone in tertiodecimo memoriæ mandauerunt:quod nec a stephano ignoratū appa/ret. Antimachi carmina q̄ strabo adducit huiuscæ sunt sniæ.
Est dea-quā nemesin dicunt:dea magna potésq;.
Quæ bona cælestū concessu cuncta deorum
Possidet.huic primus sacratā condidit aram
Fluminis esapi gelidas Adrastus ad undas:
Atq; ibi nūc colitur-seruatq; Adrastia nomen.
Adrasteæ mētionē p̄ter alios facit callimachus in hymno iouis & in primo græcorū epigrāmatum libro Diodorus poeta:nec non in quarto Theætetus cognomento scholasticus.Rhamnusiam aūt a Rhamnūte uico atticæ:ī quo colebat: appellatā oēs cōsentiūt. Vñ illud lucani libro qnto.Et tumidis infesta colit q̄ numina rhamnus.Nemesin uero(qd propriū eius deæ nomē) ἀπο τοῦ νεμεσίζειν.i.irasci:uel q̄ ī superbos excādesceret & irasceretur(unde illud est qntodecimo metamorphoseon-Memoremq; time rhamnusidos iram)uel q̄ ab irato in atheniēses agoracrito sculptore eius deæ simulachrum fuerit rhamnusiis uenditū-ut dicemus.De qua plato in quarto legū hoc mō.Nam oībus p̄posita est Nemesis iudicii angelus-omniū cōsideratrix. Cæterum hanc deam Ouidius-Martian9 capella-& marcellin9 fortunā:Apuleius undecimo met.deorū matrē:Callimachus teste apollonii interp̄te in tertium argonauticon curetum sororē & iouis altricem:Probus in primum georgicorum capram iouis nutriciam:quam alii nomiant amaltheam:plini9 trigesimo sexto nat.hist.uenerem fuisse existimat.plinii uerba hæc sūt. Certauere autem inter se ambo discipuli(Alcmanes & agoracritus) ī uenere faciēda. Vicitq; Alcmanes nō opere-sed ciuitatis suffragiis contra peregrinum suo fauentis.Quare agoracrit9 ea lege signū suū uendidisse traditur-ne athenis esset:& appellasse nemesin.Id positum est Rhamnūte pago atticæ:quod.M. Varro oībus signis prætulit.huc usq; plinius.Hanc p̄terea idem Marcellinus iustitiæ:Pausanias oceani uel Iouis:Zenobius in p̄uerbiis Melissei cretensis filiā facit.Idem quoq; Pausanias in attica & iginus in cygno-Nemesin helenæ matrem nō ledā fuisse cōsentiunt:nā ledā uolunt fuisse nutriciam:unde illud est ausonii de castoribus & helena-Hos genuit nemesis:sed leda puerpera fo-

uit. Isocrates uero in oratione de laudibus helenæ utráq; sub cy gni specie a ioue deceptam monumentis mãdauit. Quo ét pacto nemesis formari consueuerit pausanias eodem loco te docebit: apud quẽ inter cætera leges eam supra deos oẽs aduersus superbos inexorabilem creditam. Nec parũ obstitisse barbaris: q in marathona uenerunt aduersus athenienses pugnaturi. Nã ii athenarum uires cõtemnentes marmor e paro secum classe aduexerãt: quo tropæũ erigerẽt. Dea tãti fastus ĩpatiẽs fecit ut ĩ Marathone oẽs profligarentur: unde statuã ex eo marmore meruit. Cuiusce rei Theæteti & parmenionis extat epigrãma quarto græcorũ epigrãmatum uolumine: necnõ Leonidæ. Qđ postremum sic traducit ausonius.

Me lapidem quondam persæ aduexere Tropæum
    Vt fierem bello: nunc ego sum nemesis.
At sicut græcis uictoribus asto tropæum.
    Punio sic persas uaniloquos Nemesis.

Pausanias autem fraxini Zenobius mali ramũ in altera manuũ gestare Nemesin scribunt. ac pausanias Zenobius & pomponi⁹ mela a phidia plinius ab agoracrito. Strabo a Diodoto uel agoracrito hanc eius statuam exculpta; fuisse lr̃is tradiderunt. quorũ dissensionis causa his Zenobii uerbis a me traductis ex parte cognoscitur. Rhamnusia nemesis. In rhamnũte nemesis simulachrum cubitorũ decẽ ex integro lapide opus phidiæ fuit collocatum: qđ mali ramum manu tenebat. Ex eo ramo Antigonu; dicũt carystiũ auiculam quandã pexiguã appẽdisse ĩscriptionẽ huiusmõi tenẽtẽ. Agoracritus parius fecit. Quo multi alii admirati ꝓpriis operibus aliam nominis ĩscriptionẽ cælauere: nõ inderens futurũ putãtes & phidiæ & agoracrito simul gratificari. erat. n. Agoracrit⁹ phidiæ amicissimus. Sed ea gratificatione secus q̃ censebant euenit. hæc Zenobius. Qu bus intelligi daẽ Rhamnusiã nemesin prouerbiũ esse ĩ eos dictũ: quorũ labores in alium referuntur. Quod utinã nobis non eueniat. Et sudores nostros aliquis plagiarius sibi ne uendicet. Nã quotidie uideo qui alienis inuentis suos exornant cõmentarios nec hunc iudicii angelum rerũ omnium consideratorẽ extimescunt ita ut p quos profecerint ĩgenue fateantur.

Harpocratizare uerbum apud Senecam fuisse lancinatũ: atq; id

& Sigaleon unde fluxerint. Cap. LXXXIII.

r Ecedamus aliquantulũ quæso a poetis ad solutæ orationis scriptores: q facilius ab illiteratis scriptoribus uiolantur: & difficilius emendantur: cum syllabæ ratione (quæ ducatu; sæpenumero p̄stat) omnino careant. In senecæ operibus tot maculas adinuenies: ut ex iis solis quātũuis magnũ ĩplere uolumen possis. Nonnullas ego e multis nitori suo restituere conabor: frondes ut si q̃s ab ida & summā libyco de mare carpat aquam. In quarti pene declamationum libri uestibulo hæc uerba reperies. Polio asinius nunq̃ admissa multitudine declamauit. Nec illi ambitio in studio defuit. Primus. n. omnium romanorum aduocatis hominibus scripta sua recitauit. Et inde est q̧ labienus homo mentis q̃ linguæ amarioris dixit: ille triumphalis senes arpo actico tuas. i. declamatiões suas nunq̃ populo cõmisit. At dei boni q̃ portenta sunt hæc: ille triumphalis senes arpo actico tuas? Quis ariolator unq̃ interpretaret. Nisi ueteris codicis fides me adiuuisset q̃uis etiam nõ penitus emendati: qui est in Fanensi diui francisci bibliotheca: hunc ego locum nunq̃ (fateor) correxissem. Ex eo pcepsimus ita esse legendum. Ille triumphalis senex harpocratizauit. Harpocratizare autem nouum uerbum a seneca inuentum significat silentium facere: Ab harpocrate ductum ægyptiorum deo: qui (ut naso inquit) p̄mit uocem digitoq; silentia suadet. hunc enī ægyptii figurabāt indice ad os posito silentium indicentē. Quem ob id sigaleona Ausonius non insuaui uoce nuncupauit. i. silentium populo nunciantem. ut

Nec tua Sigaleon ægyptius oscula signet.

σιγάω. n. sileo λέωσ populus dr̄. Sed de hoc nil amplius recitabo: cum multa in politiani miscellaneis referantur. at redibo ad senecam. Iocosum fuisse inuit labieni uerbum nec scõmate uacans: cum ait polionem harpocratizare. i. in silentio esse: qui d̄clamatiões suas publico auscultatorio cõmitteř nũq̃ uoluerit.

Parrhasiodes uocabulũ eidē senecæ emaculatum. & cũ prouerbio declaratum: item qd Theriotrephin. Cap. LXXXIIII

Hic de harpocrate superius habitus sermo reduxit in mentem uerbum neutiquam negligēdum in

tertio libro de ira.quod depravatum ex quarundam imutatiōe lrarum in ipressis codicibus est inuenire.Nam parasiades ꝓ parrhasiodes in his uerbis legitur:ubi philippi macedonis patiētia cōmendatur.Nam(inquit seneca)si qua alia in philippo uirtus fuit & contumeliarū patientia:ingens instrumentum ad tutelaꝫ regni demochares addidit:Parrhasiodes ob nimiam & procacem linguam appellatus:q inter alios atheniensium legatos uenerat.Audita benigne legatiōe philippus dicite inquit mihi facere qd possū qd sit atheniēsib⁹ gratū excipiēs Demochares Te inquit suspendere &c.parrhasiodes autem penultima producta in loquendo licentiosus.impudens effrenisqꝫ nominaf.& παρρησια loquendi audacia & libertas licētiosa appellatur.ac παρρησιαζειν petulanter loqui & sine modestiæ & reuerentiæ freno significat.scribit Zenobius in prouerbiis celebratū fuisse hoc adagium Βύζινη παρρησια.i.Byzena in loquendo temeritas: in eos qui multa cum temeritate loquerentur:qm̄ Byzenus neptuni filius imodestos continue sermones in fabulationibus effutiret.Sed nec ꝑtereunda uidetur uox altera ēt græca huic uicina:qua usum fuisse augustum a seneca memoratur.cū de Timagene inimico suo cū poliōe sermōeꝫ haberet.ea hæc ē.Theriotrephis.i.feram nutris.hoc ē hominē feræ similem hospitio recipis.Nam in contubernio polionis Timagenes morabatur. θηρίον feram τρέφειν nutrire significat.Existimo auteꝫ Augustum feræ nomen Timageni indidisse.uel ut eum mordacem līgua laceratoremqꝫ uirum esse innueret.ac propter id feras imitantem:uel ut ad fabulam inueret notissimam:quæ de eo dicif: qui domi suæ serpentem educauit:a quo postea morsum i munus accepit.Licet mecum cogitem.ꝙ si ad hanc fabulam uoluisset alludere.Ophiotrephis.i.serpentem educas dixisset:non Theriotrephis.

De Troglodytis & chalazophylacibus idē emēdatus:atqꝫ unde ea noīa ueniāt & qd chalazesis explicatum. Cap.LXXXV

At quoniam is est multorū stomachus ut nō rerū tm̄ sed autorum quoqꝫ nouitatem desideret.Et nunc excuti hunc.nūc illum cōcupiscat:non amplius cū hoc

morabimur:ut alium mendum ab ipso obliuerimus. In quarto naturalium quæstionu; tragotidæ pro troglodytæ:& infra ad septuagesimum aut paulo amplius uersu; calazophilatas ,p chalazophylacas scriptum īuenitur. Verba:ubi prior menda ē:hæc sunt. Primo æthiopiam feruentissimam esse indicat hominum adustus color:& tragoditæ:qbus subterraneæ domus sūt. Troglodytæ autem a subterranearum cauernarum habitatione nomen acceperunt. τρωγλη.n.foramen Δυω ingredior notat. pli. in quinto de æthiopia loquēs. Troglodytæ specus excauāt: hæ illis domus. Sane troglodytas musicæ deditos fuisse inuēio nam Eusebius decimo p̄parationis euangelicæ ex clemētis sententia Sambucam, & Iulius pollux in quarto psythira; musica instrumēta ab iis inuenta fuisse lr̄is mandauerunt. Posterior senecæ menda in his. Illud incredibile, Cleōis fuisse publice p̄positas calazophilatas. ubi p̄positos Calazophylacas lege. Nā chalazophylax masculino genere grādinis custos & obseruator dicitur: quod sequentia uerba declarant ueluti pro interp̄tamento posita :q̄ hæc sunt. Speculatores futuræ grandinis. χαλαζα enim grandinem significat. unde chalazesis Latine grādinatio morbus in suib⁹. cum ii propter nimiam expletionem aut obesitatem quibusdam tuberculis in grandinis modum extrorsus operiuntur. De qua extat Alexandri aphrodisei ,pblema libro quinto. φυλακτω speculor & obseruo significat. a quo φυλακη custodia:carcer:uigilia nuncupantur. unde factum autumo: ut custodia latinis tam pro carcere q̄ pro custode ponatur.

Lancis & Licii ferendorum a quærentibus furtum consuetudo qua Gelii uerba e tenebris eruū tur. Cap. LXXXVI.

a Vlus Gelius non eloquentissimus tantum sed & doctissimus omnium eruditorum calculo existimatus: cum multa ex antiquorum scriptorum libris excerpserit: qui hodie desiderantur: plærisq; in locis obscuritatem præsefert non exiguam. p̄cipue cum morē aliquem ueterem ritum ꝑ expo[illegible]i . ut in ultimo undecimi uolu minis capite in his uerbis. Ea quo ꝑ furta: quæ per lancem & licium concepta essent: perinde ac si manifesta forent uindicauerunt. Ex q

bus quæ fuerint furta concepta per lance₃ & licium quærendū legentibus datur. Qua re scrupum hunc enodare decernimus. Festus pompei us libro de uerborum significatu decimo. Eum qui in alienam domum quæsitu₃ ibat furtum licio cingi cōsue uisse & lancem ante oculos propter matrum familiæ aut uirginum præsentiam tenuisse testatur: unde apud antiquiores lance dicebatur & licio. Ad quam sniam spectans idem Gelius in sextodecimo sic scribit. Furtorum quoq₃ quæstiones cum lance & licio enanuerunt.

Andron & Andronitis Gynæcon Gynæconitis & Gynæceum cum eiusdem Gelii uerbis enarrata: & uegetii locus castigat⁹ Cap. LXXXVII.

In ultimo septimidecimi libri capite idem Gelius refert Alexandrum molossum, cum in italiam transire uellet bellum romanis facturus, sic dixisse. Se quide₃ ad romanos ire quasi in androniten: macedonem isse ad persas quasi in gynæconiten. Que uerba quia interpretis poscunt officium, omnino exponenda censuimus. ἀνδρωνῖτισ. i. andronitis fœminino genere, quæ & Ἀνδρὼν idest andron masculino dicitur, locus appellatur ī quo (ut pollucis uerbis in primo utar) σύνιασιν οἱ ἄνδρεσ. idest uiri conueniunt ac uersari solent. ἀνηρ enim του ανδροσ græce, latine uirum significat. Simili modo γυναικωνιτισ. idest gynæconitis: quæ & γυναίκων gynæcon masculina & γυναικειον gynæceū neutra uoce appellatur: locus in quo uersantur fœminæ nuncupatur: ut seruius præ cæteris docet. γυναικα enim græcia mulierem appellat. Macrobius primo saturn. de bona dea. Hæc apud græcos θεοσ γυναικεια dicitur: quam uarro filia₃ fauni tradidit adeo pudica₃, ut extra γυναικωνιτιν nunquam sit egressa. & Aemylius probus in præfatione operis sui. In græcia neq₃ mulier in conuiuium adhibetur nisi propinquorum: neq₃ sedet nisi in interiore parte ædium: quæ gynæconitis appellatur: quo nemo accedit nisi propinqua cognatione coniunctus. De Gynæceo Terentius in phormiōe, plautus in mostellaria. Tul-

lius in secundo antonianarum & inumeri. Sed obiter corrigendus est Vegetii locus in primo: qui sic legitur. piscatores, aucupes, dulciarios, linteones, oésq; qui aliquid tractasse uident ad gynæceum genera mulierum ptinens: longe arbitror pel édos a castris. Vbi sic legendum. ad gynæceum ptinens. & illa duo uocabula genera mulierum calami cuspide iuguláda: qm̄ duo sunt inepta prius: & postea etiam corrupta glossemata. Vt auté ad Gelium reuertamur: Alexandri molossi sententia hæc erat. Se ire ad romanos quasi in androniten. i. terram uirorum. hoc est se cum uiris pugnaturum. Alexandrum superiorem macedonum regem isse ad psas quasi in gynæconiten. idest terram foeminarum. hoc est bellum habuisse cum fœminis. His utiq; uerbis ostendere uolens Romanos animi & corporis uiribus esse insignes: persas autem pusillanimes, imbelles, & tanquam foeminas deliciis marcescétes. Atq; ob hoc ipsum uolens innuere se Alexandro magno esse maiorem: & maiorem gloriá adeptu rum: qui cum uiris uellet non cum fœminis (ut ille fecerat) ꝑliari. Quam sane rem Liuius tangit primæ decadis libro nono, his uerbis. Næ ille (alexander magnus) sæpe etiam si prima prospere euenissent persas & indos & imbellem asiam q̄sisset: & cú foeminis sibi bellum fuisse dixisset. Quod epyri regem alexandrú mortifero uulnere ictum dixisse ferunt, sortem bellorú in asia gestorum ab hoc ipso iuuene cum sua conferentem.

Deos noctu uenire in terras existimatum: at super id in Statii Siluis uersus enarrati. Cap. LXXXVIII.

u Idere sæpenumero licet eruditissimos q̄tumlibet ulsos in re facillima hallucinari. Quod non aliunde q̄ ex nimis defatigato ingenio prouenire censuerī. Neq; fieri aliter posse uidetur, ut ingeniosus qs pariter & doctus sese aliter possit implicare. Age per deum imortalem uide quomodo se inuoluit domitius in interp̄tatione horum in siluis uersuum in equo domitiani.

Huc & sub nocte si enti
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cælo: miscebit q; oscula iuxta.

Sub nocte(inquit)silenti.i.euerso et imperio manebit.Cum su
peris terrena placent.i.cum dei te uocabunt in cælum.Atq ego
poetæ sensũ talem esse existimo:Sub nocte silẽti.i.nocturnis tẽ
poribus.quando omnia silent:& cum superis terrena placent.i.
quando dei dicunt in terras descendere oblectandi animi gra-
tia:turbam domitiani.hoc est.patrem.fratrẽ.filium & sororem
defunctos & in deos relatos e cælo ad colossũ hũc deuẽturos
& oscula pbituros.Huc autẽ libẽtius q̃ Hoc lego.licet & hoc le
gi possit:ac ppositio ea Iuxta illi copulari.S; cur dei a poetis fin
gantur noctu potius q̃ luce ad nos descẽdere.prõptissima ratio
est.q se a mortalibus uideri non uelint.Atq; ut facilius in sniã
nostram accedas.ecce tibi eiusdem papinii uersus in Hercule sur
rentino:ubi deum ipsum nocturno tempore ad saxa excinden
da sacellumq; suum fabrefaciendum uenire describit.Sunt au-
tem libro siluarum tertio in hunc modum.

Hic pater ipse loci positis tirynthius armis,
Insudat:ualidaq; solum deforme bipẽni.
Cum graue nocturna cælum subtexitur umbra.ipse fodit.

Hinc ego in epicedio qd in Thaddæam palliolam Sanctissimã
Matrem meam(Quæ ab humanis decessit anno salutis nostræ
MDII.die iulii quarto:Quem semper acerbum semp honoratũ
(sic dei uoluistis)habebo magno certe affectu si non gratia.ige
nio ac doctrina excudi:sic loquor.

Sume animũ mentemq; igitur pectusq; fidemq;
Te precor:& quando superi terrena reuisunt
In sõnis uenias nostros lenire dolores
Dulcibus alloquiis.

Si quis uero(uti uitilitigatorũ est consuetudo)nos aliũde hãc
interptationem didicisse iactauerit: Testem adduco philippum
Cyulanum pãnoniũ iuuenem eruditissimum pariter & mode-
stissimum:quem bonõiæ studentẽ anno christianæ incarnatio-
nis.MCCCCXCIX.ac decimo cal.octobres lr̃is nostris:in quí-
bus multa in papinii siluas notabamus:hunc locum monuim9
ita esse interpretandum.

Aesculapii fabula anguis beneficio e carcere liberati:qua in eis-
dem siluis locus aperitur. Cap.LXXXIX

H

m Anguam inter eruditos contentioné esse ītueor- quaʒ nam ob causam papinius in tertio eiusdem operis li bro Salutiferum æsculapii anguem appellet his uersi bus:qui in coma sunt earini.

Dicitur idalios erycis de uertice lucos
Dum petit:& molles agitat uenus aurea cygnos
Pergameas intrasse domos:ubi maximus ægris
Auxiliator adest:& festinantia sistens
Fata-salutifero mitis deus incubat angui.

Atq; alios ꝙ æsculapii salutiferi dei simulachro-alios ꝙ salutis statuæ subiūgeretur(ut autor est macrobius primo saturnaliū) aliosq; ꝙ teste aristophane in æsculapii templo anguis nocturno tempore lambendo ægrotos curaret:salutiferū interp̄tari. Ego q̃uis demoliri oēs istas opiniones rationibus possem:nō tamē īterdictum lectori uolo-uti quā ipsarum uoluerit sequi non pos sit. Sed subiiciam opinionem meā:quæ si non cæteris melior-nō erit(puto)deterior. Salutiferum igitur anguē īterp̄tor q salu tem æsculapio contulit:ipsum e carcere &(si mori ipsi dei pote rant)a morte forsitan liberādo.& quo mō? hoc quē dicā. Glau cus minois filius in mellis dolio fuit suffocatus:cuius rei men/ tionem apud nos faciunt Ouidi⁹ ī ibin & Claudianus in Alari cum. eam ob causam æsculapius cum a minoe fuisset in secreto quodā loco conclusus-unde exiturus nō esset nisi glaucum in uitam reduceret:cogitabundus quid ageret bacillum dr̄ manu tenuisse. ad quod cum anguis quidam arrepsisset is mente cō/ motus fugienteʒ sæpius feriens īterfecit. postea āguis alter ore ferēs herbam eodem uenit-atq; in defūcti caput imposita loco fugit. Statimq; defūctus anguis exurgens & ipse in fugam se dedit. Vn̄ æsculapius uiso miraculo eadē usus herba Glaucū in lucem restituit. hæc & plura iginus q̃uis in īpressis codicibus in nōnullis mutilatus. Anguis aūt ideo aesculapio consecratur(ut aristophanis scribit cōmētator in plutum)qm̄ senectuteʒ depo nit:ac pp id cōe cum medicina:cuius æsculapius īuentor & de⁹ dr̄ :officium habere ur̄. Naʒ ea quoq; aegritudines pellēs, natu ræ:ut sic dixerim:iuuentutē custodit.

Isthmi effossionem apollinis oraculum uetuisse :super quo ali⁹ in siluis locus emendatur. Cap. XC.

Si quis papinii uersus castigatione indigens est, horũ certe anterior indigere uidetur: Qui in uia sunt domitiana libro quarto Siluarum.

His paruus (nisi lechiæ uetarent).

Inous freta miscuisset isthmos.

Nam si Lechiæ legetur, syllaba offendetur: si deuiæ (ut codices ante domitii interptationem habebant) sñia erit insipidissima. iudicio igitur nostro ita emendabitur.

His (laurus nisi deliæ uetarent)

Inous freta miscuisset isthmos.

Atq; hic erit sensus. His dextris isthmon pfodere & ioniũ ægeo miscere simul posses, nisi apollinei oraculi mentem ĩtelligeres: qđ isthmum edixit non esse fodiẽdum. Laurus pro oraculo poni uirgilianum illud ostendit in tertio æneidos.

Troiugena interpres diuum: qui numina phœbi

Qui tripodas clarii lauros, & sidera sentis.

Et illud sabini in Rescripto ulyssis ad uxorem.

Sic cecinit laurus ille monere suas. Nam tripodem: in quo pythia sessitabat lauro coronatũ fuisse autor est aristophãis cõmẽtator in plutũ. Scire aũt debemus (qđ scribit pausanias in secundo) Gnidios olim isthmu; ĩtercidere uoluisse: sed apollinis oraculo territos ab opere destitisse. Demetrius quoq; rex autore plinio quarto nat. hist C. æsar dictator, Caius Caligula, & Domitiꝰ nero isthmum nauigabili aluco puium reddere (infelici oĩum ut patuit exitu ĩ ipso statim cæpto) tẽtauerũt: usq; adeo rebus diuinitus cõstitutis manũ iniicere nõ licet: ut idẽ inqt pausanias. cur ãt phœbus isthmũ pforari nõ pateref cã ĩ prõptu est. qm̃ ĩundari corĩthũ sibi sacrã, atq; ob id heliopolin olĩ dicta, metueret. q̃uis pausanias acrocorinthũ tm̃ apollini dicatũ fuisse tradident. Scribit. n. Corĩthios memorasse neptunũ cũ sole de eo regno cõtẽdẽtes briareũ ĩ arbitriũ elegisse: ac isthmũ neptũo, soli ꝓmõtoriũ fuisse adiudicatũ. s; cũ idẽ autor scribit, q pelopõesũ efficeř uoluit cũ isthmũ pfodeř ĩcepisset nec dũ ad lapidosã eo ope ptẽ uẽisset destitisse. Demetriũ regẽ cẽseo ĩtelligeř: cuiꝰ ex plinii uerbis supra mẽinimꝰ. si cui uero emẽdatõ & expõ nr̃a his uersibꝰ ñ placuerit: huic rogatũ uolo: uti ne priꝰ nasũ distorq̃at q̃ meliora ꝓdiderit, aliquos. n. if dũ uixeũ sylabarios dictõarios ue

& sues uere boeotias q̃uis annis graues ĩtueor:q arrogãtia pariter & inuidia ducti oẽs subsannent:oia ab aliis dicta sentinã olere & nauseam dicant excitare.nec tamen(si quæras)iocum exponere aut emendare aliter sciant.Sed hoc respõdeant: se quõo corrigi & interp̃tari debeat ĩ excartabulo nescioquo seu diario annotasse:quæ tunc non habeat ad manum:aut deperdita uel a furibus ablata iã fuerint.cuius ẽt loci ĩ mẽtẽ uenire nõ possit.

Martialis uerbum enucleatum:simulq; ostensum plinii uerbu; quod q̃dam mutabant:sincerum esse ac mutari indignum.

Cap. XCI.

p Arum forsan momẽti aliquib⁹ uidebitur q̃d exponã nec dignum in collectanea hæc referri:sed nobis negligendum non putatur.Cum oẽs in id pedem offẽdãt.Martialis epigrãma hexastichõ ẽ li.i.ĩ hũc modũ

Non facit ad sæuos ceruix nisi prima leones:
Quid fugis hos dentes ambitiose lepus?
Scilicet a magnis ad te descendere tauris:
Et quæ non cernunt frangere colla uelint?
Desperanda tibi est ingentis gloria fati:
Non potes hoc tenuis p̃da sub hoste mori.

Vbi enarratores cernere ꝓ uidere accipiunt uel in p̃tio habere: quorum utrũq; nõ recipio.Cernere.n.hoc loco pugnare significat.ut in uersu illo ennii.Ferro nõ auro uitam cernamus utrinq;.Est.n.sensus.Leones generosissimũ aial q̃ cũ feris & pugnacibus animalibus(ut sunt tauri)pugnare soliti fuerint : nequaq̃ cum iis q̃ non cernũt.i.pugnacia non sũt(ut est ip̃e lepus)congressurum.Sed incidenter monere lectorem uolumus in octauo libro plinii:quo loco de elephantorum clementia & intellectu fit mentio:non esse aliter legenda hæc uerba sed cretum ꝓximo tradere.q̃ ĩ ĩpressis codicibus legerẽt anteq̃ hermolai castigationes exirent.Quoniam p̃cedentibus stati; uerbis aduersarentur & tota obscuraretur snĩa.Quæ talis omnino est. Elephantem uiso hominis uestigio & nõ homine.atq; ob id timẽtem insidias.Circunspectare:iras proflare:Cretum.i.uisu; uestigium sequenti elephãto ostendere:sequẽte; uero rursus alii se

quenti,& sic seriatim alium alii usq; ad extremũ. Nõ minus tamen debendum hermolao:& diuinum illius ĩgeniũ pdicãdũ.

Carminum longus ordo Silianis codicib⁹ restitut⁹. Cap.XCII.

p Erpetui nũq̃ moritura uolumĩa sili,cũ aliis locis mutila & mãca ĩuenies,tum libro octauo: ubi Didonis & Annæ sortem poeta ipse describit. Ibi enim duos & octoginta uersus deficere Baptista Guarini filius Latinæ & Græcæ lingue decus ac splendor:& pceptor meus oĩ cũ honore & obseruãtia nominandus ostendit: quos e gallia sibi cum aliis q̃plurimis reb⁹ scitu dignis missos fuisse dicebat. Eos in publicum dare(uti sanctissimis eius manibus cæteri mecum debeant)impræsentiarum constituo. Qui sunt huiusmodi.

Aeneæ coniux,ueneris nurus ,ulta maritum
Vidi constructas nostræ carthaginis arces:
Nunc ad uos magni descendet corporis umbra.
Me quoq; fors dul ci quondã uir notus amore
Expectat,curas cupiens æquare priores.
Hæc dicens ensem media in præcordia adegit:
Ensem dardanii quæsitum in pignus amoris.
Viderunt comites:tristiq; per atria planctu
Concurrunt,magnis resonant ululatibus ædes.
Accepi infelix:dirisq; exterrita fatis
Ora manu lacerans lymphato regia cursu
Tecta peto:celsosq; gradus euadere nitor.
Ter diro fueram conata incumbere ferro:
Ter cecidi exanimæ membris reuoluta sororis.
Iãq; ferebatur uicina per oppida rumor.
Arma parant nomadum proceres & sæuus hiarbas.
Tũ Cyrenæam fatis agitãtibus urbem
Deuenio:hinc uestris pelagi uis appulit oris.
Motus erat :placidũq; animum mentemq; quietam
Troius in miseram rector susceperat Annam.
Iamq; omnis luctus omnisq; e pectore curas
Dispulerat,phrygiis nec iam amplius aduena tectis
Illa uidebatur,tacito nox atra sopore,

Cuncta per & terras & lati stagna profundi
Condiderat: tristi cum dido ægerrima uultu
Has uisa in somnis germanæ effundere uoces.
His soror in tectis longæ indulgere quieti
Heu nimium secura potes? nec quæ tibi fraudes
Tendantur: quæ circunstent discrimina cernis?
At nondum nostro infaustos generiq; soloq;
Laomedontææ noscis telluris alumnos?
Dum cælum rapida stellas uertigine uoluet.
Lunaq; fraterno lustrabit lumine terras:
Pax nulla æneadas inter tyriosq; manebit.
Surge age: iam tacitas suspecta lauinia fraudes
Molitur: dirumq; nefas sub corde uolutat
Præterea (ne falsa putes hæc fingere somnum)
Haud procul hinc paruo descendens fonte Numicus
Labitur: & leni per ualles uoluitur amne.
Huc rapies germana uiam. tutosq; receptus.
Te sacra excipient hilares in flumina nymphæ:
Aeternumq; italis numen celebrabere in oris.
Sic fata in tenuem phœnissa euanuit auraȝ.
Anna nouis somno excutitur perterrita uisis:
Itq; timor totos gelido sudore per artus.
Tunc ut erat tenui corpus uelamine tecta
Prosiluit stratis: humiliq; egressa fenestra
Per patulos currit plantis pernicibus agros.
Donec arenoso (sic fama) numicius illam
Suscepit gremio: uitreisq; abscondidit antris.
Orta dies totum radiis impleuerat orbem:
Cum nullam æneadæ Thalamis sidonida nacti
Et rutulum magno errantes clamore per agrum
Vicini ad ripas fluuii manifesta sequuntur
Signa pedum. dũ q; inter se mirantur. ab alto
Amnis aquas cursumq; rapit. Tum sedibus imis
Inter cæruleas uisa est residere sorores
Sidonis. & placido teucros affarier ore:
Ex illo primis anni celebrata diebus
Per totam ausoniam uenerando numine culta est.

Hanc postq̃ in tristes italum saturnia pugnas
Hortata est: celeri superum petit æthera curru.
Optatum latiis tandem potura cruorem.
Diua deæ parere parat: magnumq; libyssæ
Ductorem gentis nulli conspecta petebat.
Ille uirum cœtu tum forte remotus ab omni
Incertos rerum euentus belliq; uolutans
Anxia ducebat uigili suspiria uoce.
Cui dea sic dictis curas solatur amicis.
Quid tantum ulterius rex o fortissime gentis
Sidoniæ ducis cura ægrescente dolorem?
Omnis iam placata tibi manet ira deorum:
Omnis agenoridis rediit fauor. Eia age segnes
Rumpe moras: rape marmaricas ĩ prælia uires.
Mutati fasces. iam bellum atq; arma senatus
Ex inconsulto posuit Tirynthius heros.
Cunq; alio tibi flaminio sunt bella gerenda.
Me tibi (ne dubites) summi matrona tonantis
Misit. Ego œnotriis æternum numen in oris
Concelebror. uestri generata e sanguine beli.
Haud mora sit: rapido belli rape fulmina cursu.
Celsus iapygios ubi se Garganus in agros
Explicat: haud longe tellus. huc dirige signa.
Hæc ut roma cadat sat erit uictoria poenis.

Non grauarer plurimas in silio mendas detegere: & nõnullos uersus qui uariis desiderantur in locis in medium afferre: nisi superiore anno Eruditissimus uir & facundissimus. nobisq; amicissimus Petrus Marsus Romæ ostendisset recognitiones suas in hunc poetam absolutas. & impressoris tantum ocium expectantes. Neq; enim pro mutuo inter nos beniuolentiæ uinculo & mea in ipsum (ut decet) reuerentia præuertere repastinatiões suas annotationibus meis animus pateretur. Quanq̃ hodie rarenter inuenias: qui non suæ potius q̃ alienæ laudis habeant rationem.

Naidis fabula iuuenes mutantis in pisces in Ouidio declarata: q̃ hucusq; fuerat sepulta in tenebris. Cap. XCIII.

Iã diu ēꝙ cũ Ouidio fabulatus nõ sum adeo:ūt(nisi secum aiuni aliquantũ relaxem)nihil ãplius possim afferre in medium:qđ lectori utilitatẽ pariter & oblectamentum sit paritutum. Enodemus duas tm̃ ex igẽti:q̃ adhuc restant rerum aceruo:& reliqua in reliquas hecatostyas nr̃as differam⁹. i q̃rto metamorphoseõ li. legũť hi uersus.

Nais an ut cãtu nimiũq; potẽtibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora pisces:
Donec idem passa est.

Quos q tibi explicet nescio an ẽt cũ labore reperias. Nos Hieronymi soncini uiri optimi & ipressoris accuratissimi beneficio:q nobis Arriani uidendi copiam fecit:nodi huius soluendi rõnẽ inuenimus. Is.n. Arrianus in libro de idiæ citra oceanũ descriptione:qui septem rerũ alexandri libris subscribitur. Fuisse isulã i cultã i erythreo mari iqt Nosalã noie cẽtũ ferme stadiis distantem a littore:quam indigenæ soli sacram eẽ affirmarẽt. In quã nemo adiret:aut si adiret non appareret amplius. Quoniã eam una nereidum icoleret obscuro noie oibus uiris:q eo nauẽ casu aliquo appulissent:solita cõmisceri:ac eos postea i piscẽ conuersos in mare demittere. Quo scelere iratũ ei sole; ex isula migrare iussisse nec eã renuisse:s; p̃catã fuisse uti isita sibi uoluptatis appetẽtia euanesceret. Illũ optatis ãnuisse:ac oẽs quos illa ueneficiis mutarat i pisces in hoies rursum ex piscibus cõmutasse: Vnde Ichthyophagorũ genus emanarit. Hæc arrianus. Qui ab ouidio in hoc tm̃ discors esse uidetur:ꝙ Nereidẽ illã nõ i piscẽ a sole mutatam sed ab isula pulsam enarrat. Sed in fabulis dissẽsio non miranda. Vide autẽ ne huius insulæ nomen in arriano sit deprauatum:qm̃ stephão Nosora nõ nosala nũcupatur. Nec te subeat admiratio ꝙ Quæ nereis arriano dicit Nais ab Ouidio appellet. Qm̃ hæc noia confusiones p̃sæpe recipiũt. Cæterũ cur i tacitos pisces uertere cõcubitores suos Nais illa uoluerit prõptissima rõ est:uti pactæ secũ rei ne darent indicium.

Enodatum Nasonis Carmen de olympo tibicine secus ac alii expoluerint. Cap. XCIIII.

Cum ab hinc quinquẽniu; Romã peteremus i quãdam satis celebrẽ ciuitatẽ in itinere introiuimus. Vbi

cum ob ĩgentẽ pluuiã necessum fuisset unũ diẽ cõmorari: uenit nobis desideriũ ad litterariũ ludũ accedẽdi: ut uirũ ĩpẽdio eruditũ audiremus: quẽ narratũ iã diu fuerat humãiores illic lr̃as ꝓfiteri. Quo cũ uẽtũ esset, forte fortuna eius diatribæ rectorẽ inuenimus Marsyæ fabulam suis discipulis ĩterp̃tãtẽ: quæ ab Ouidio scribit̃ sexto metamorphoseon. Cuius p̃ter cæteros hi uersus inueniunt̃.

Illum ruricolæ siluarum numina fauni
Et satyri fratres & tum quoq; Clarus Olympus
Et nymphæ flerunt.

Quos ille exponens, Ouidii sensus est inquit: Marsyæ interitũ nõ faunos tantũ ac satyros nymphasq;, sed & mõtes largis fletibus deplorasse. Olympũ.n. notissimum macedoniæ montem speciatim pro cæteris posuit. Subrisi aliquantulum intra me. sꝫ non potui tamen ita risum dissimulare ut quidam e discipulis mihi proximus non aduerterit. Vnde cõuersus ad me quid est ĩquit ꝙ rides? ẽ ne aliquid a præceptore meo prolatũ: qđ tibi nõ cõsonet? nihil inq̃. At ille. Non mihi mediusfidius imposueris. Dic quæso si ĩcolumis ĩ patriã redire cõcupiscis. Tũc ego. ita me deuinxisti: ut tibi uerũ negare nõ possim. Hic olympus: cuius naso facit mentionem: non est ullo pacto pro monte accipiẽdus uel macedoniæ uel alterius regionis (nã plures sũt olympi) sed ꝓ nomine uiri proprio: qui marsyæ dicit̃ fuisse discipulus, ut eumolpus orphei. Audi quæso eundem Ouidium tertio libro de ponto epistola ad maximum. Sic.n. ait.

At non chionides eumolpus in orphea talis:
In phryga nec satyrum talis olympus erat.

Per phryga.n. satyrum marsyam poeta ĩtelligit: q unus e satyris fuit. unde hoc loco satyri eius fratres appellantur. Habes platonẽ, eusebiũ, aut Srabonẽ? Strabonẽ hẽo inq̃t: statiq; iussit afferri. Apud quẽ decimo geographiæ: ubi quatuor montes esse ait olympi noie: huius marsyæ discipuli fit mẽtio in his uerbis. In palamede chorus loquens inq̃t. Cum patre libero lasciuiẽs: q ꝑidam lætatur cara cũ matre tympanorũ sonitu. & cõgregantes in unũ Silenũ & Marsyam & Olympum, & tibiarũ quærentes reptores celebrãtesq; rursus bacchica & phrygia simul cõferũt: idãq; sæpenumero & olympũ cõfusę resonaт faciũt. ita strabo.

Quibus ille uisis & gratias egit multas:& secum cũ sociis meis uoluit ire iẽtatum. Sed quoniam platõis & eusebii testimoniũ aduocauimus:non uidetur incongruũ eoruȝ uerba aut loca salteȝ, ubi ea reperire possis, adducere. plato in eo libro:qui minos uel de lege inscribitur: Marsyam & discipulum eius olympum phrygiuȝ optimos legum circa tibiarum inflationem ait fuisse artifices. Et eusebius decimo p̄parationis euangelicæ ex clemẽtis testimonio tradit tibiam reperisse. De quibus idem plato in symposio alcibiadem sic introducit loquentem. Nam illa quæ olympus modulatus est: marsyam qui docuit modulatum dico. Meminerũt ẽt huius Iulius pollux libri quarti capite decio. Aristophanes in ἱππεῦσι & eius comentarii: quoruȝ sentẽtias hoc loc supersedeo recensere, cum ne nimis p̄lixo sermone te teneam: tum q̄ alibi a nobis explicatæ fuerunt. Caue igitur amice lector ne in eum labaris errorem: in quem non illum tantum ludi magistruȝ sed & alios postea ĩcidisse notauimus. Atq; hoc etiam disce. alterum fuisse uirum olympuȝ nomine. qui mysiæ regnũ tenuerit autore apollõii cõmẽtario ĩ primũ argon.

Emendatum in hieronymo Tibicinis nomen: quod fuit Ismenias. Cap. XCV.

Voniaȝ olympi tibicinis fecimus mẽtionẽ, nõ p̄tereamus Beati hieronymi uerba: quæ in priori prologo sũt paralipomenon: ubi alteri⁹ optimi tibicinis nomẽ male forsitan legitur, maleq; interpretat̃. Ea sunt hoc modo. Mihimetipsi & meis iuxta ismenium canens: si aures surdæ sunt cæterorum. Vbi non pauci sunt qui Amphionem thebanum intelligant. Est. n. Ismenos bœotiæ fluuius: quẽ nigros calculos ferre Callimachus in deli hymno testatur: & a quo ipsius amphionis filium natu maximum (quẽ naso ismenium uocat) & Ismeniam œdipi filiam dictam existimamus: Sicut & Ismenium apollinem stephanus & apollonii censet cõmentator Alii grãmatistæ & cucullati fraterculi Ismeniuȝ esse philosophi nomen arbitrantur: quod est ridiculum simul & marciduȝ. Ego Ismeniam autumo emendandum. Quem cõstat fuisse Thebanum: ac dicere solitum ἐμαυτῷ μόνον ᾄδω. i. mihimet solũ cano. plutarchus in pericle. Ex quo sapiens illud Antisthenis: qui cum audisset Ismeniam optimum esse tibicinem at homo neq̃

est inquit. Non.n.si probus foret Tibicen eet. Et in apophtheg matis ad Traianum. Ateas scythiae rex Ismeniam: quē captiuū egerat: tibicinem optimū tibia uti iussit. Admirantibus autem reliquis: iurauit equestrem hinnitum sibi iocundiorem esse. Plinius libro ultimo nat. hist. Nec deinde alia: quae tradat: magnopere gēmarum claritas extat apud autores: praeterq̄ Ismeniam choraulen multis fulgentibusq; uti solitum: comitāte fabula uanitatem illius dicatae in cypro. plato in menone. Profecto nō casu quodam aut alicuius largitione opulentus euasit: quemadmodum nuper Thebanus Ismenias polycratis pecunias nactus. Boeotius in prooemio musicorum. Ismenias Thebanus boeotiorum pluribus: quos Ischiatici doloris tormenta uexabāt: modis fert cūctas abstersisse molestias. Apuleius deniq; de deo socratis. Nescio inquit ut Ismenias tibiis canere: ut Apelles pingere: ut Lysippus fingere. Libentius igitur Ismeniam q̄ ismenium apud Hieronymum legerim de Tibicine hoc intelligens ab ismeno ēt fluuio (ut opinor) nominato. Arbitriū tn̄ penes lectorem esse decernimus. Sed hoc non omittam. Cum caeteri ismeniam hunc Thebanum fuisse conueniant Stephanum tn̄ Thisben ei patriam assignare: quae ciuitas est boeotiae a Thisbe asopi filia sic nomen adepta. Et quoniam boeotiorum plures q Ichiatici fuerant. i. coxendicum morbo afflictabantur Boeotium audiuimus dicere incentione Ismeniae fuisse sanatos: Si cui id mirum uidebitur ad Gelium delegamus: qui libro noctium atticarū qnto eiusce rei causā diligenter exponit.

Lampadistarum certamia quot & qbus deis athēis fiebāt: quotq; eius urbis erant Ceramici. Cap. XCVI.

In ultima persii satyra hic uersus ostenditur
Qui prior es cur me i decursu lampada poscis?

Vbi trāslatio fit decētissima a nōnullis atheniēsiū ludis: in qb9 cū facibus discurrētes ubi prim9 defessus fuerat secūdo ubi secundus tertio & sic deiceps pxim9 pxio facē relinqbat. s; qm̄ i cui9 honoré hi ludi fierēt altercationē eē iter eruditos agnosco: dirimere hāc litē & quos ipsi dissidere autores putant maxime concordes esse ostendere factu optimū arbitramur. Aristophanis commentatores in ranas & hippeas (nam utraq; comoedia huiusce rei meminit aristophanes) tres lampadidromias uel lampaduchos agonas idest cum facibus curren

do certamina singulis annis in ceramico (is loci nomen) fieri consueuisse cōscribunt. Vnum in mineruæ. Alterū in uulcani. Tertium in promethei honorem. Ac cū qs a cursu cessabat facē deposuisse atq; alium excepisse. Lāpadis.n.dimissio Signu; erat cursus īcipiendi: priusq̄ a Tyrrhenis citharæ usus fuisset iuent⁹. Quicūq; ēt postremi inter currentes fuerant ii adolescentulorū manibus in forensibus uiis cædebātur. atq; eæ plagæ ceramicæ appellabantur. Erant autem athenis Ceramici duo. Vnus intra urbem: in quo meretrices ꝑstabant. Alter extra. ubi deorum simulachra erigere & ꝓ patria ī bello mortuos sepelire ac epithaphios.i.laudatorias in funere oratiōes habere cōsuerāt. Ab utraq; sane sepulchrorum parte columnas cū inscriptionibus nominum sepultorum & rerū ab ipsis ꝓ rep. gestarū collocantes. De hoc posteriore meminit plato in parmenide. cum ait. Diuertisse aūt illos ait apud pythodorum extra mœnia in ceramico. A figulinis uero Ceramici nomē deductū esse ambigit nemo: nā κεράμοσ testā significat. Pli. in trigesimoqnto. Fecit & Chalcosthenes cruda opera athenis: q locus ab officina eius ceramicus appellatur. Sed (ut ad lāpadistarum ludos reuertamur) eosdem quoq; in cereris honorē fieri cōsuetos testis est Themistius in qntum politicorum. Quibus ꝑfectū fuisse athenarū regem (sic.n.ex archontibus unus ut diximus uocabatur) autor ē Iuli⁹ pollux in octauo. Constet igitur Tulliū quarto rhetoricorum. Herodotū ī octauo. platonem in primo de rep. Iginum astronomicū in sagitta. pausaniā ī attica una oēs uia īcedere: quos inter se discordes esse nōnulli putabant.

Macrobiana opinio in uirgilii uersibus demolita: ac de opi hyꝑboreoru; sacris. Dodonæis sacerdotibus. lebetibus. & tintinabulis recōdita plurima. Cap. XCVII.

Vā multa poetarum īterꝑtibus sint legenda. quæ impræsentiarum a nobis & quotidie ab aliis obseruātur male apud ipsos intellecta atq; præterita fidem faciūt. In quibus & hoc præcipue qđ edisseram. Virgili⁹ poetarum sidus fulgentissimum: qui in oīum regionū penetralia īgredi. & mores ritusq; ediscere oēs uoluit: ī undecimo æneidos libro hæc carmina decantauit.

Velocem iterea superis in sedibus Opin

Vnam ex uirginibus sociis sacraq; caterua
Compellabat:& has tristis latonia uoces
Ore dabat.& infra.
At triuiæ custos iamdudum in montibus opis.
Quo loco seruius rem paucis expediens opin ait nymphæ nomen dianæ comitis non uxoris esse saturni.Macrobius uero ꝓpe q̄nti saturnalium libri finem-rimari hanc altius rem uolens: Opin dianæ epithetum siue cognomen fuisse cōtēdit ex alexādri ætoli uersuum testimonio(q tamen in macrobianis codicibus desiderátur) Vnde Virgilius insidiosus poeta quod ipsius ce dianæ fuerat cognomentum de nimia doctrina in comitem eius transmutauerit.Verum(qd̄ cū Macrobii uenia dictum uolumus)non insidiose nec de sua tm̄ autoritate poeta noster hoc nomen in dianæ sociam transtulit : sed in apertissima specula & ex autore non minus-q̄ Alexander ætolus fuerit-celebrato. Callimachi.n.cyrenæi hymnus in delum legitur:in quo de hyperboreis poeta faciens mentionem sic concinit.
Οι μεν τοί καλαμην τε καὶ ιερα δραγματα πρῶτοι
Ασταχυων φορεουσιν.α δωδωνηθε πελασγοι
Τηλοθεν εκβαινοντα πολυ πρωτιστα δεχονταί
γηλεχεες θεραποντες ασιγητοιο λεβητος.
Δευτερον ιερον αστυ.καὶ ουρεα μηλιαδος αἰης
ερχονταί.κειθεν δε διαπλωουσιν αβαντων
εισ αγαθον πεδιον ληλαντιον.ουδε τι μακρος
Ο πλοος ευβοιηθεν.επει σεο γειτονες ορμοι.
πρωταί τοι ταδ ενεικαν απο ξανθων αριμασπων
Ουπις τε λοξω τε καὶ ευαιων εκαεργη
θυγατερες βορεαο.καὶ αρσενες.οι τοτ αριστοι
Ηιθεων.ουδ οιγε παλιμπετες οικαδ ικοντο
ευμοιροι δ εγενοντο καὶ ακλεες ουποτ εκεινοι.
ητοι δηλιαδες μεν.οτ ευηχης υμεναιος
Ηθεα κουραων μορμυσσεταί.ηλικα καιτην
παρθενικαί.παιδες δε θερος το πρωτον ιουλων
Αρσενες ηιθεοισιν απαρχομενοι φορεουσιν.idest.
Hi quidem tibi stipulam & sacros manipulos primi
Spicarum ferunt.quos ex dodone pelasgi
Longe descendentes ualde primum suscipiunt.

Humicubi ministri non silentis lebetis.
Secundo Sacrum asty (idest athenas) & ad mõtes melidis terræ
Veniunt. Illinc autem transfretant abantum
In felicem campum lelantium. non autem quid longa
Nauigatio ex euboea. quoniam tibi uicini portus.
Primæ tibi hæc ferunt a flauis Arimaspis
Vpisq; Loxoq; & beneaudiens Hecaerge.
Filiæ boreæ. & uiri: Qui tunc optimi
Iuuenum. neq; hi retrocessim domum iuerunt.
Fortunati autem facti sunt & inglorii nunq̃ illi.
Quoniã deliades quidem. quando acutesonans hymenæus
Species uirginum modulatur. coætaneam comam
Virgines. pueri autem æstatem primam lanuginis.
Masculi iuuenibus primitiua soluentes ferunt.

Ecce igitur tibi locum: unde mantuanus homerus opin οὔ diphtongũ i ω more dorico uertẽs (ut & herodot⁹ fecit) i suũ poema decentissime transtulit: Quin etiam idem Herodotus i melpomene scribit Argen: quæ tamen hecaerge callimacho dicit: & opin uirgines ex hyperboreis cum sacris in tritice a stipula alligatis delum peruenisse: atq; ibi diem clausisse extremũ. unde ad earum sepulchrum (q̃d post Artemisium erat ad aurorã spectans ac proximum cæorum cœnaculo) mulierum coetus congregabatur. hymnũ canens ab olene lycio conditum: in quo arges & opis nõia nuncupauerat. Cuius etiam peruetusti alii hymni a deliis canebant dum cinis: q̃ supra argis & opis tumbam erat: super ĩnumeram ægrotorum turbam ad aram existentium spargebat. Nolim tamen q̃sq̃ existimet inficiari opin dianæ ẽt nomen apud aliquos fuisse. non enim hoc nego: p̃cipue cũ in primo apollonii cõmentario iueniam οὖπιγγορ. i. upingum apud trœzenios uocatum fuisse hymnũ in laudem dianæ. Cæterũ multa sciẽs p̃tereo q̃d hypboreis & sacris ĩ tritici palea cõditis apud eundẽ Herodotũ. Pausaniam in attica Diodorum ĩ tertio. & Solinũ inuenies: & ad ĩtelligenda medullitus hæc callimachi carmina iter aperiunt. Non p̃teribo hoc tamen. dodonæi iouis sacerdotes q γηλεχεεσ ab eodem poeta uocant. in eandem sententiam χαμαιευνάσ ab homero sextodecio iliados nũcupari: atq; altero ẽt epitheto ἀνιπτοποδάσ. i. illotipe.

des hoc est nudis ĩcedẽtes pedibus:quales hodie sunt q̃ Præcur soris christi sectã ꝓfitenť. Sed qm̃ illud cõsideratione nó uacat cur idem Callimachus Dodonæos pelasgos ministros dixerit non silentis lebetis:q̃ breuius & lucidius poterit explicare nitemur. Demon autore suida memoriæ tradit in dodone locum (unde iouis uaticinia ferebantur)lebetes in orbẽ dispositos habuisse sese inuicem contingentes. Atq; uno ex iis tacto gradatim oẽs uicaria complosione tinnire. Vñ in lõgum temporis spatium sonus ille ꝓtendereť. Pulsari autẽ eos lebetes a phœbade consuesse coniicio:ac uulgo ꝑsuasum adueniẽte apollinis spiritu-quo ipsa responsum datura ĩpleret-uerberari. nam uentum:quo agebantur:inepta res uidetur si ꝑ apollinis flatu non capiamus. Aristoteles(ut idem ait suidas)& Zenobius idẽ in ꝓuerbiorum epitomatis figmentũ illud aliter differũt. Aiũt enim Duas fuisse colũnas dodonæ:ac in altera lebetẽ-in altera puerũ flagellum tenentem. Cuius lora ex ære tota ingens uenti flatꝰ in lebetem impingens sonitum inde nõ statim cessãtẽ eliceret. Priorẽ sñiam sectatur ausonius Ad paulinũ sic scribens.

Nec dodonæi cesset tinnitus aheni.
In numerum quoties radiis ferientibus ictæ
Respondent dociles moderato uerbere pelues.

Per radios. n. ærea intelligit loramenta in radiorũ solis similitudinẽ fabrefacta:q̄bus apollinis antistita datura rñsum lebetẽ uerberabat. Marcus tñ uarro nõ lebetes Sed titinnabula q̄dam a uento mota eum sonitũ emisisse uř sentire. Qui apud pliniũ trigesimosexto nat. hist. sic loquiť. Supra id quadratũ pyramides stãt quinq; ita fastigiatæ:ut in sũmo orbis æneus & pegasus unus oibus sit ĩpositus. ex quo pẽdeãt excepta cathẽis tintinnabula:quæ uento agitata longe sonitus referãt:ut dodonæ olim factũ. iuuenalis uero ad utrãq; opinionẽ & ꝓuerbiũ pariter(q̄d nunc referam)allusisse uidetur sexta satyra cum ait.

Tot pariter pelues & tintinnabula dicas pulsari.

Est enim græcis adagium in locutuleios & ad sermonis metã nũquã uenientes Δωδωναῖον χαλκεῖον. i. dodonæũ ahenũ. cuius Zenobius-Suidas-in sexto pollux-& Stephanꝰ memiere. quorũ postremus nõnullos dixisse ait lebetẽ illũ non scutica sed uentorũ uiolẽtia ĩpulsum crepitũ edidisse. Meminisse tandẽ de-

bemus ahena illa in templo dodonæi iouis abluendorũm cor
porum causa fuisse locata, ut autor ē pedianus asconius ī primā
actioné in uerré: q̄ calentibus aqs plena erant. Vñ a callimacho
πυρίχμητοι λέβητες. i. igniti lebetes appellāt. Cui astipulat
Zenobius ex heraclidis testimonio scribēs Myrtilam in dodo-
na uaté (qm̄ poscentibus thebanis q nā futurus esset bellorum
euentus respondisset. ipiam futuram esse uictoriam) ab uno eo-
rum in feruentē lebetem fuisse demersum. indeq; natū execrato
rium illud ꝓuerbiū. βοιωτοῖς μαντεύσαιο. i. Bœotiis uatici
nere.

Euidentissimus error plinianis exemplaribus eliminatus, in: q-
bus popeæ nomen in pōpæ transierat. Cap. XCVIII.

Tot diuersorum scriptoru; mēdæ & malæ īterꝑtatæ
sniæ mihi iam primæ hecatostys fini proximanti sese
accumulant, ut nesciam quas in secūda; differā: quas
in hūc locum admittam: Sed (succenseant scriptores
cæteri ut uolunt) Trium: quæ reliqua sunt: capitum plinio unū:
eidem & Danieli simul alterum. Lucæ ac Ioāni tertiū (ut unde
initium auspicari placuit finē cōcludam) dari decernimus. At ī
plinianis codicibus tam pauci tibi superant loci limā postulan-
tes? Non hercle. Tot. n. adhuc in mēté ueniant emēdari meren
tes: ut ex iis solis hecatostyes decem possint īfarciri. Quānā igi-
tur ex ta; ingenti macularū aceruo deligemus? illā: quæ ī duo-
decimo libro diu latuit eo loco: quo arabiæ felicitas memorat.
est. n. in his uerbis, periti rerum adstruxerūt non ferre tm̄ annuo
fœtu, q̄tum nero princeps nouissimo pompæ suæ die cōcrema-
uit. in quibus (si penitus quis mēte cæcus nō fuerit) sic legendū
esse agnoscet. q̄tū Nero princeps nouissimo popeæ suæ die cō-
cremauit. atq; hunc esse plinii sensu;. peritos rerum: quas arabia
ferre consueuerit. i. eius odoramentoru;: facto cōputo aduertis-
se tm̄ eorum annuo prouentu arabiæ non haberi: quantū in po
peæ uxoris suæ funere Nero erogauerit. Nam suo ipsius funeri
īteresse quomodo potuerit Nero (nisi corporeū amictum re sū-
pserit) non uideo. Nec si alicuius neronis pompæ uel spectaculi
ab eo editi dum uiuebat plinius meminisset. nomen puto subti
cuisset. Legamus igit popeæ suæ die; & sic legendū esse certem

præsertim cũ constet popeam multis cum odoramentis funeratam fuisse. Tacitus in sextodecimo. Corpus nõ igni abolitum (ut romanorũ mos) sed regum externorũ consuetudine differtum odoribus conditur: tumuloq̃ Iulioru3 infertur.

Cini arboris nomen plinio esse peruersu3: & in Danielis libro male a Nicolao Lyra iterpretatũ. Cap. XCIX.

Animaduertendus etiam non mediocris error ultimo quintidecimi libri Capite omnibus impressis codicibus castigandus apud eundem plinium. his uerbis. Et postea accessere genera cuius hanc siluestrem lauru3 aliqui intelligunt. nõnulli sui generis arborem. Differt colore enim cærulea bacca. Cum ita legendum ex archætypo doceamur. Hæc postea accessere genera. Cinus. hanc siluestrem laurũ aliqui intelligunt. &c. Cinus. n. inter lauri species numeratur. cuius mentio fit in libro Danielis prophetæ: ubi susannæ historia memoratur. Quãuis Nicolaus lyra inepta q̃dam secutus scholia pro Lentisco accipiat. Vereor quoq̃ ne Ouidii codex decio metamorphoseon sit corruptus ubi legit̃. Et baccis cærula ficus. ac Cinus ibi quoq̃ legendum sit. Qđ ut cõiectem Statianus facit interp̃s in sextum thebaidos. in cuius cõmentario hũc nasonis uersum citantis pinus legitur. Quod nomen hic esse a transcribentibus deprauatum arguitur: q̄ paulopost idem Ouidius pinum memorat dicens: Hirsutaq̃ uertice pinus. Sed si q̃s cinum quoq̃ eo carmine legi non posse cõtendat qm̃ lauri haud multo superius poeta meminerit. potest responderi. Nasonẽ in eorum opinione fuisse: q̃ Cinum sui generis arborem. i. a lauro seiũctã esse arbitrabantur. Baccas certe in ficubus dici non crediderim: nec si dicantur cæruleas appellari debere. Cæterum plinianam hanc emendationem non mihi. Sed optimo patri meo acceptã referri uolo: q (ut summa in discutiendis scriptorum sensib⁹ cũ diligentia & pensitatione igrediebatur) in libri margine uerbũ illud. Cuius. adulterinum esse: & ut in eius locum Cinus ex ueteri (quod nos postea uidimus) exemplari substitueretur admonuit. Ingratus. n. nimium sim; Si suis defraudare laboribus pa-

ternos manes uoluerim.

Lucæ euangelistæ uerbū defensum a menda:& Ioannis alterū: quæq Lithostrota sint pauiméta.& q cedron torrētis nomē non fuerit contra Lyram. Cap. C.

Euangeliographi quoq(pro pudor)Clarissima fidei nřæ lumina & antesignái reip.Christianæ ïscitia nostri temporis sacerdotum maculosi incedere in sacris ædibus i conuentu maximo populorum notantur: ĩ quibꝰ ois nitor ois mundities & fulgentissima diuini spiritus aura lucescit: Ac si quis uel minimam ab iis excutiendi maculā signum fecerit:tunc illiterati ac uix elemētarii ecclesiasticæ litaturæ tractatores uociferantur dignum robore:dignum neruis: dignum oi supplicio.ac ut corruptorem & diuinæ legis hostē habent : abominātur:explodunt.Sed baubentur ut placet.Ego pro uirili mea sacræ religionis antistites candori suo restituere dum uitam deus optimus maximus suppeditabit enitar.Euangelium lucæ nonne græci codicis testimonio deprauatum agnoscitur in his uerbis? Diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes:& stabat populus expectans.Cū ille:θεωρων idest aspectans non expectans habeat? sic enim in eo legitur.διαμεριζομενοι δε τα ιματια αυτου εβαλλον κληρον.και ειστηκει ο λαος θεωρων.Et Euangelium Ioannis nonne etiā mendam patitur ubi lichostratos pro lithostrotos scriptum apparet? nam græcum exemplar sic habet. και εκαθισεν επι του βηματος εις τοπον λεγομενον λιθοστρωτον.idest.Et sedit pro tribunali in locum dictum lithostrotum.Lithostrotos sane penultima producta lapidibus stratus interpretat. λιθος.i.lapis.στρωτος stratus dicitur. Ac lithostrota pauimenta dicūtur:quæ e paruulis fiunt cretæ crustis autore plinio (q̃uis in cretæ uerbo corrupto)trigesimosexto nat. historiæ: q ea syllam primum apud romanos dicit factitasse.Notādū quoq illud Nicolaū Lyrā & alios multos in iis uerbis egressus ē Iesus trans torrentem cedron:fuisse deceptos:cum existimauerint cedron esse ipsius torrentis nomen:quod est græcus genitiuus

pluralis àb hoc nomine κεδρὸσ.i.cedrus.Ioannes.Ταῦτα εἰπων ο ἰησοῦσ ἐξῆλθε σὺν τοῖσ μαθηταῖσ αυτου περαν τοῦ χιμάῤῥου των κέδρων.idest hæc dicens iesus exiuit cũ discipulis suis trans torrentem cedrorum.in quibus uerbis proferendis etiam nũc sacerdotes(q̃uis cãm ignorent)cedron circunflexo accentu in ultima syllaba concinũt more græcorum. Quemadmodũ & illud in apostolorum actibus.Dum complerentur dies pentecostes.

PERORATIO.

¶Hæc sunt Hadriane pontifex quæ in primam collectaneorũ hecatostyn non sine aliquo(ut uerum fatear) labore congessimus.Quoniam amissa librorum parte necessum sæpenumero fuit eos emendicare:& peregre interdum eiusce rei causa proficisci.Neq; enim Romæ aut in amplissima alia ciuitate sumus: ubi plurimæ priuatæ & publicæ sunt bibliothecæ.Hoc ego nisi infortunio uexatus fuissem:non reconditarum rerum hecatostyn sed chiliada in munus acciperes. Atq inuitus cogor erga te esse auarus:in quem ipsius etiam animæ liberalissimus sim futurus.Mecum igitur opus est necessitati tete accõmodes: cui nec dei(ut in adagio est)ire obuiam possunt.Cæterum oratos obsecratosq; omnes uolo:ut si quæ interdũ in opusculis meis offensiunculæ inciderĩt prius pensitent an impressorum esse erratum potuerint(nam ii frequenter litteras inuertunt :duas dictiones conglutinant:quæ unica esse debeat diuidunt :& alios huiusmodi errores cõmittunt)q̃ in me insurgant:me irrideant: me lancinent.Testari quoq; hoc uolo:non mediocri nobis fuisse molestiæ.q͏̃ plurimis locis & p̃cipue initio operis parẽtheses ac lineæ:quibus dimidiata in fine uersus quæpiã dictio esse cognoscitur:defuerunt.Græcas quin etiam uoces absq; accentionibus scribere ueteri more compulsus sum:quoniam iis careret impressor.Sed omnia haec parui tandem momenti fuerint; Si non in propriis laboribus persaepe defecero.

Deo opt.max.Laus & Gloria.

IACOBVS CONSTANTIVS NICOLAO ABSTEMIO.S.

C VM AESTATE Proxima apud Mundulfenses
meos feriarer(meos.n.ut ſemper apellem pluri-
ma eoꝝ in me beneficia ſibi iure expoſcũt)ut laſ
ſeſcentem caloribus & ægrum curis animũ rela-
xarem-ad delitias meas ideſt Naſonem poetam
recurrebam.Secum.n.ſub alicuius arboris um-
bra-ludendo-fabulando tp̃s & ærũnas meas fallebam . Verum
præter alios pſæpe ad execratorium illũ & fulminantem uere li
bellum in ibida accedebam.Quem teterrimis:quibus offendiſ:
maculis atriorem-q̃ ambagioſis:quibꝰ obſcurus redditur : fabu
lis & hiſtoriis-pene eſſe contenderim.Eum legendo a relegẽdo
multis locis abſterſi:nec in paucis expoſui.Ac deinde æſtu qe-
ſcente ſortitus ocium ſimul omnes in pagellas quaſdaꝫ coegi:
ut eſſent(quotieſcuuqꝫ occurreret caſus(ueluti μνημοσυνὸν
quoddam-& promptiores ad manũ.Cum autem in p̃ſentia pri
mam collectaneorum hecatoſtyn Hadriano Cardinali meo di
cataꝫ Hieronymo ſoncino Chalcographo diligenti ĩprimẽdã
tradiderim:a plæriſqꝫ rogatus ſum-ut & quæ in Ouidianuꝫ Ibin
peculiari opuſculo ãnotaueram in publicam uellem utilitatem
emittere.Qua re(ut eorum p̃cibus fiat ſatis)ea æreis typis for-
manda tranſcripſimus.Sed ut acceptius oibus munuſculũ hoc
faceremus:alia quædam ipſiſce breuiter inſeruimus:Quæ a cõ
mentario non intellecta aut Clariſſimus in utraqꝫ lingua pater
tuus-aut Codrus-aut alii uiri docti in eundem libellum obſer-
uarunt.Erunt enim ueluti Calderini enarrationuꝫ appendices.
At qualiacũqꝫ fuerint tibi nuncupatim dicata decernimus : uti
perpetuum ſint poſteris monumentum amoris in te mei . Cui
(ut eximias animi tui dotes omittam:nam ad te de te ſcribere
aſſentatoriuꝫ uideretur)maxima in me Sãctiſſimi patris tui me
rita nexu obſtrictum fecerunt ſempiterno.Vale.Fani.xii. Calẽ.
quintiles.MDVIII.

IACOBI CONSTANTII FANENSIS INIBIN OVIDII SARRITIONES.

q VISQVIS is est(Nam nomẽ adhuc utrunq; latebit) Non utrũq;:sed uerũq;·uitiumq;·uel utcunq; legi conuenit. Tribus.n.modis emendatam hanc lectionem ĩ manusscriptis codicib⁹ repimus. Sed postrema magis satisfacit:

¶ Perpetuoq; mihi sociatam fœdere lecti. hanc tertiã fuisse ouidio uxorem oẽs sciunt. Sed hoc adde(qđ nos primi inuenim⁹) eam alteri prius nupsisse quam Nasoni· Atq; ut id apte intelligas ad collectãea nostra te confer.

¶ Terra sit ut potior testificãda mihi. & potior & propior recte legitur. Idem in secundo tristiũ· Mitius exilium si das ꝓpius q; roganti Pars erit e pœna magna leuata mea. & in quarto. miti⁹ exiliũ pauloq; ꝓpinqui⁹ oro. Quiq; sit a scæuo lõgior hoste locũ

¶ In nostruʒ cuncti tp̃s adeste Chori. In bonis exemplarib⁹ nõ chori legitur:sed chao. Vt sit ab antiquo chao. i. a mũdi primior dio. ex chao aũt prios deos erupisse scribit hesiodus. ad qđ posset poeta respicere. Ad hæc·chaos neutro genere non flectitur: sed masculino. Balb⁹ in q̃rto Argon. & nũc chaon iplet Orion Lege Priscianum:

¶ Quasq; ego transiero pœnas patiatur:& illas. Nõ illas sʒ istas lego:ut sit sensus. patiat̃ ibis pœnas quas trãsiero. i. ĩ hoc libello nõ recẽsuero·& istas:hoc ẽ·quas ĩ ipso enũerauero. Iste ãt ꝑ hoc non semel ponit̃ a poetis. nõ nitar exẽplis: qa plena sunt oĩa.

¶ Et uenient. melius euenient. Tibullus. Eueniẽt:dat signa de⁹.

¶ Pugnabũt iaculis dũ Thraces:iapides arcu. Iazyges emẽdãdũ boni codices monstrant:qui populi sunt scythiæ. Idẽ secũdo tri stiũ. Iazyges & colchi matareaq; turba Getæq; Danubii mediis uix prohibent̃ aquis. Et in primo de ponto ad maximũ. Aut qd Sauromatæ faciãt qd Iazyges acres. & in q̃rto eiusdem opis ad uestalẽ. Ipẽ nides onerata ferox ut ducat Iazyx per medias isti plaustra bubulcus aquas. Eorũ meminit Cor. Tacitus in duodemo. Iteʒ Arrhianus in primo & plinius·Stephanus·strabo·cæteri. Qui arcu & hasta utebantur ut scri. Balbus in sexto. Vnde & arcu & hasta legi rectissime potest.

¶Vt duo phineidæ.horum alteruз polydorum:alterum poly
dectora nominatum in antiquis quibusdã scholiis reperio: sed
autorem desidero.sophocles certe unum ex iis oríytuз uocat al
terũ crambin apollonii interpres in secunduз argon.partheniũ
nũcupat qui orytus a sophocle appellatur.
¶Et Thamyræ.Thamyris & thamyras dr.q secũdũ primã decli
nationẽ hoc nomẽ inclinari posse ificiant.Suidæ & stephani te
stimonio in dictiõe Dorion cõuincũt.hic a musis lũinib⁹ & ci
tharæ pulsandæ pitia priuat⁹ fuit:ut Zenobius i,puerbiis docet.
¶Vel tua(ne pœnæ gen⁹ hoc cognouerit un⁹)Viscera diuersis
scissa ferantur equis.Metium suffetiũ innuit:qui quoniã pactuз
atq; condictũ cũ rege populi Ro. pfide ruperat.binis quadrigis
euinctus in diuersa nitentibus laceratus est:ut Gellius in ultimo
scribit.Longioreз historiã habes apud Seruiũ octauo Aenei.in
hũc Maronis uersum.Nec pcul inde citæ Metum in diuersa q̃
drigæ distulerãt:& apud Plutarchũ in paralellis his uerbis. Tul
lius hostili⁹ rex.Ro.cũ Metio suffetio Albanorũ rege bellũ ha-
bebat:in quo proelium sæpe numero distulit.eoq; aliqñ supato
albãi ad epulas sese conuertunt.Epulãtes adoritur:captũq; regẽ
duobus alligans pullis discerpsit.Vt Mexarchus tertio rerũ ita-
licarum autor est.
¶Aut ut Amantiadẽ.lege Amyntiaden & philippũ amyntæ
filiũ itellige : quẽ pausanias stuprũ passus ab Attalo.cũ iniuriæ
suæ ultorẽ frustra aduocasset .ob trũcauit.ut scribit Iustinus in
nono.Codrus in prio Sermone.Et pius noster bononiensis hu
ius emendationis autores.
¶Qui miser aurifera triste pependit aqua:aliqui codices hñt
teste.ut sit ordo teste aqua aut fera.aliq reste.ut sit pepẽdit reste
i.fune collo circũtorto.a reste restionẽ uocamus funiũ opificẽ.
¶Opprimat hostili tegula iacta manu.Pausanias in attica cere
rẽ sũpta muliebri forma pyrrhi necis autoreз fuisse tradit testẽ
adducens leuceam.
¶Ossa qescaut sparsa:pyrrhũ Achillis filiũ intelligẽ.cuius ossa
sparsa fuerunt a lisymacho:aut pyrrhũ pyrrho natũ:quẽ pialeз
uel pielũ nõnulli appellant:aut aliquẽ aliũ:q ab his duobus pyr
this ad pyrrhuз Aeacidæ filiũ medi⁹ fuerit.aut(si pyrrhũ Aeaci

da genitū placet accipere)historiā dic esse cōfusam. qm̄ plutarchus. iustinus. alii. lisymachū ante huius obitum obiisse litteris mandauerunt. Lege collectanea nostra:

¶ Nataq ut Aeacidæ iaculis moriaris ada[illegible]is. Laodamiā dicit Alexandro filio pyrrhi epyrotarū regis natā: q ad sacrariū Dianæ ut iustinus in. XXVIII. uel cereris (ut Ouidius putat) a Milone Aetolo fuit interfecta. hāc autē interp̄tationē laurētio abstemio Maceratēsi Viro extra oēm ingēii ac doctrinæ aleā acceptam refero. Cuius māes q pietatis & misericordiæ fons ē uberrimus in sinu excipiat. nup enim excessit e uita. in eo multū amiserūt multāq fecerunt iacturam humāiorū litterarū sectatores. cū multa sub incude litteraria haberet. latinā linguā expolitura splendidioréq factura: p̄cipueq lib[illegible] toti⁹ orbis ciuitatū: Quē ad finem pductū (licet no læuigatū atq ultia districtū lima) q cūq uiderit: nō desinet hois ingeniū. laborē. doctrinā. diligētiā q ad mirari. Is multos ab hinc annos libellū prope aureum edidit. in quo p̄ter cætera hunc quoq & alia q̄dā Nasonis loca in hoc opere male interp̄tata exposuit: quorum suo loco mentionem habebimus.

¶ Non licet hoc cereri dissimulare scelus. Si laurētii nostri sn̄iæ adhæseris sic expōes. Nō licet cereri dissimulare hoc scelus. i. nō potuit ceres pati scelus hoc ad aram suā cōmissū. qm̄ cū dea frugū furorisq sit. ætolorū gētē fame sterilitateq cōsumpsit. Milonem uero laodamiæ interfectorem ita in furorem egit: ut artubus ferro. saxo. dentibus deniq laceratis undecima die interierit. Nā ceritos in furorem actos scimus nuncupari. quasi cereris furore uexatos: quæ uox frequentissima plauto. Si aūt nostram sequeris opinionē (quā in collectaneis abundantius aperuim⁹) hoc pacto expones. Non licet cereri dissimulare hoc scelus. i. nō potest abscondere & negare in templo suo laodamiā interfectā & se ob hoc huius sceleris fecisse participē: quēadmodum pōt inficiari pyrrhum laodamiæ auum a se fuisse interfectum. Quia illud scelus in pyrrhum sub anus specie fuit patratum. hoc autem: quod in suo templo fieri passa est: ita apertum fuit. ut nullo excusationis inuolucro tegi possit.

¶ Vtq nepos dicti nostro mō carmine regis. Cantāridū succos

dante parente bibas. Magnetem Gelone hieronis Syracusarum regis filio & Neride Alexandri epyrotarum regis filia natum a matre interfectum q secum coire uoluerit quidam dicunt. Sed autoritatibus (q̃tum hactenus uideam) nituntur nullis.

¶ Qua cecidit leucon. Strabo in. Vii. leuconis cuiusdam meminit: qui panticapæi & aliarum quarundam urbiũ ponti rex fuit. de quo an intelligendum hoc loco sit amplio: quia certam adhuc historiam non inuenio.

¶ Carissima corpora mittas. uxores, seruos, & diuitias interpretare: q̃ simul secũ Sardanapalus coniecit in Rogũ. Is aũt Cyndaraxis filius fuit teste stephano. quẽ arrhianus & strabo Anacyndaraxem uocant.

¶ Acta noto. signate appositeq; noto dixit: q̃a flãte tm̃modo austro fit illa arẽarũ tẽpestas ut autor ẽ herodot⁹ & arrhian⁹ i ĩ tio.

¶ Aut ut acarnides hermias assensis Eunuchus. trapezitæ cuiusdam famulus: platonis Aristotelisq; auditor: cũ dño suo Aternẽses & assenses aggresso imperauit: postea illi successit. quẽ Memnon Rhodius psarũ ministrator & ductor exercit⁹. Simulata secu; amicitia hospitalitatis nomine & tractandarũ rerũ gratia ad se uocatũ cõprendit: & ad regẽ misit: aquo fuit suspensus. Autor Strabo Li. xiii. de hoc ego hermia ĩtellexerĩ: si i iuuẽci corio eũ insutũ reperirem. Nec acarnides legerẽ sed Atarnites. i. Rex Atarnæ ciuitatis: quæ lyciæ mysiæq; contermina est autore stephano: ac prope assum urbem hermiæ patriã. est & Atarnites uiri proprium nomen: cuius meminit laertius in pittaco.

¶ More pheræi. Alexandri Thessalorũ regis (pheræ. n. oppidu; est Thessaliæ) q a Thebe Iasonis Thessaliæ regis filia uxore sua adiuta a chthesiphõte, pitalo, & Lycophrone fratrib⁹ ẽ occisus. lege plutarchũ in pelopida & Tullium de diuinatiõe li. primo.

¶ Viuus in occultas p̃cipiteris aquas: p occultas aquas Alphæũ iudicio nostro intelligit: qui per occultos meatus ex arcadia in siciliam dicitur labi. Vnde est illud uirgilii in tertio Aen. fama est huc elidis amnem occultas egisse uias subter mare: qui nunc ore Arethusa tuo siculis cõfunditur undis.

¶ Phylleia regna tenentem. phylleia regna Thessala expone a phyllo urbe Thessaliæ: d q̃ meminit strabo. nũc. n. Thessalo℞ fit

mētio.q̄ philesia legūt uel pylesia corruptis codicib⁹ adhæsert.

¶ Aut ut Amastriacis quondā lenæus ab oris Nudus Achillæa destituaris humo. Anium intelligit Bacchi pronepote; si cū codro nō fallimur. de quo ita fabulā texit Diodorus in sexto. Staphylo ac chrysotheidi fuisse tradūt filias tres. Molpadiā. Rheā. Partheniam. Rheam ab apolline cōpressam grauidam eē factā. patrem iratum tanquam ab homine corruptam. filiam in arca inclusam in mare deiecisse: quæ cum in delum appulisset filiu; peperit nomine Anium. Mulier præter opinionē salutem assecuta. infante post partum supra apollinis altare posito. deum orauit: ut si ex eo genitus esset seruaret. apollinem dicunt abscōdito infante eius educādi curam cepisse: doctumq; deinde diuinandi artem magno honore affecisse. hactenus diodorus. lege autem non achillæa humo sed apollinea. delum intelligēs: ubi anius a matre relictus fuit. Nec te fugiat staphylum anii auum Bacchi filium fuisse. Vnde lenæus hoc loco anius appellat᷑ bacchi pronepos: cui lenæi cognomē est inditum ἀπὸ τοῦ λήνου idest a lacu ut seruius. Eusebius & Diodorus scribunt. Interdu; limnæum eundem deum legimus appellatum a limnis Atticæ uico: ubi tēplū habuit teste aristophāis cōmentatore in Ranas.

¶ Vtq; uel eurydamas. hunc eurydamanta medū fuisse Codrus ex testimonio interpretis homeri probat. qui circum thrasylli fratris tumulum a simone patria laryssæo tractus fuit.

¶ Tractus in actæa. lege & actæa non in actæa.

¶ Viscera sic aliquis scopulis tua figat. magis placet ut scopul⁹ q̄ scopulis legatur. licet & hoc possis tueri.

¶ Vnum qui toto corpore uulnus habet. idem sexto met. Nec quicq̄ nisi uulnus erat. addit plutar. in alcibiade Marsyam suffocatū fuisse ab apolline. Reperio tn̄ apud Stephanū in dictiōe damascus huiusmodi fabulam. Gigantem quenda; ascū nomine una cu; lycurgo Bacchū deuinxisse: inq; bardinē fluuiū deiecisse. Mercuriū aūt baccho uinculis liberato ascū excoriasse. Item hāc alterā. cū bacchus in syria uinea; plātauisset Damascū mercurii & alimedes nymphæ filium eam securi excidisse: quāobrē iratus bacchus eū insecutus pelle nudauit. Ego utranq; hanc fabulam huic loco censuerim magis q̄ Marsyæ fabulam conue-

nire.cum q lycurgi statim Ouidius intulit mentionē:qui a baccho fuit supplicio affect⁹:tū q infra Marsyæ excoriationis meminit ut nudaq; direpta pateāt tua uiscera pelle:Vt phrygii:cuius nomina flumen habet.nisi uelis dicere Nasonem hic furorem:illic Marsyæ pœnam imprecari.Sed hoc non ignorandu; Marsyam hyagnis filium fuisse ut ex philippi constat epigrāmate libro græcorum epigrāmatum primo.Tradit etiam Zenobi⁹ in prouerbiis (quod non prætereundum uidetur) Apollinē cū Marsyam ut excoriaret ad pinum suspendisset:etia; Babyn ei⁹ fratrē uoluisse interficere.Sed Pallade causante q pei⁹ tibia uteretur dimisisse.unde in hoīes cotidie qd peius laborantes.natū esse prouerbiu;.κακιόρ βαβυσ αυλει.peius Babys tibicinaт.

¶In gemino dispar cui pede cultus erat. quia claudus effect⁹ a baccho succiso pedi crepida; adiunxit:ut alteri æqualis longitudine foret.Vnde monocrepida.i.unam tantum gerente; crepidam in græco epigrāmate uocitatum inuenies.Cuius interp̄tationis idem codrus fuit inuentor sed Papinianus interp̄s in quartū Theb.duos ait fuisse lycurgos Thracium & lemnæum. Thraciumq; in mare præciptatum a baccho q primus uinum aqua miscuerit.

¶Caligonesq; uiro.nonulli uetusti codices habent callirhoesq; uiro:quæ læctio mihi probatur:Significabit enim Alcmæonem:q matrem occidit & infurorem abiit ut orestes .lege seruium in eum Virgilii uersum li Sexto.Mœstamq; eriphylen crudelis nati monstrantem uulnera cernit.

¶Locris in ancillæ dissimulata necem. Vetusta quædam scholia locrin Ancillæ nomē proprium esse aiunt:quam cum paucrone seruo hypermestra occiderit.

¶Biblidos & Canaces sicut facis ardeat igne.Corrige facit.ob iicit enim ibidi q cum eo soror se misceat.hoc autem nō dissimulabo ualde pium sanctumq; existimatum fuisse antiquioribus.Si sororibus miscerentur:ut Aristophāis in hippeas cōmētator scriptum reliquit.

¶Quam tua uel pterela.Cymetho pterelē filia cæphali amore capta:qui cū amphitryone militabat:patrē patriamq; hostibus prodidit.Peterelam Amphitryo trucidauit ut autor est plautus.

fuit autem Pterelas Neptuni & hippothoes mestoris filiæ fili⁹ autore Apollonii interprete in primum Argon.

¶Piseæ sustinuerẽ fores: lege foris. ut sit gẽitiuus singularis. Nã foris. forem. & fore. apud Oui. singulari numero reperitur. ut in medea. Constitit ad geminæ limina prima foris. in secundo de ponto ad Mesallinum. Nec rigidam timidis uocibus obde forem. & in secundo fast. Custos in fore nullus erat. Erit autẽ ordo: Vultus quorũ fastigia foris. i. portæ piseæ sustinuere. Nam uultus accusandi casus. nũeriq; pluralis: fastigia sũt nominandi.

¶Vt qui perfusam miserorum cæde procorum Ipse suo melius sanguine tinxit humu;. Tredecim procos interfectos ab Oenomao priusquam insidiis hippodamiæ & Myrtili deuolutus curru interiret pindarus memoriæ tradit teste Apolloni cõmentario in primum. Sed illud notandum q; omnes martem Oenomai patrem dicunt: matrem autem alii æginam Asopi filiã. alii harpinã eodẽ genitã: alii Eurythoẽ danao natam faciunt.

¶Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ. Myrtilus mercurii filius oium consensu dicitur. matre; autẽ alii phaethusam Danai filiã ei assignant: alii Myrto unã ex amazonibus ut testis est eodem loco Apollonii cõmentator.

¶Vt qui uelocẽ frustra petiere puella;. Duæ fuerunt Atalantæ si Apollonii cõmentario in primũ argon. credimus. Vna Iasionis filia & hippomedontis uxor: Altera argiua Schoeneo genita coniuxq; Milianionis: de qua nunc poeta intelligit. Alii sunt qui aliter tradant ut nos alibi dicemus.

¶Cæcæ non adeunda domus: lege redeunda ut in correctis exemplaribus patet: & constat in fabulis:

¶Vt quos dimisit. melius demisit.

¶Vt quos dux poenus mersit putealibus undis. Acerranorum dicit senatores: quos extra mœnia fraude induciarum euocatos pœnus Annibal demersit in puteos. ut Val. Max. lib. noni cap. sexto. & Appianus in lib. cui nomen est libycus: tradidere. sed hanc iterp̃tationẽ Abstemio pariter & seniori debes Beroaldo.

¶Frater ut Antæi. Busirin significat ut in septuagesimosecũdo capite primæ collectaneorum hecatostys docuimus: qui eode; patre genitus est quo fertur Antæus: ut probus in georgicis &

Apollonii scribit cōmentator.

¶Vt pronepos Neptune tuus. hunc periphanem uocat pausanias in primo. periphetam plutarchus in Theseo: quem corinetã cognominatum legimus: q̧ ænea claua uteretur ad pugnã. sũt autem & quidam codices in quibus legitur: ut ꝓnepos saturne tuus: quibus identidē est fauendum.

¶Ipse coronides. Aesculapius Coröei nepos. est. n. patronimycũ a masculino nō a fœminino nomine ductum: neq̧ coronis ꝓpriũ hic nomē est sed patronymicũ a patre: q̄ coroneus a græcis nuncupat̃: Ei āt nomen fuit Asteria ut infra declarauimus.

¶Vt Scynis: hunc pausanias in attica pitthei cognationis fuisse tradit affinēq̧ Thesei: ac pp eius necē theseũ a phycali filiis fuisse lustratũ. Plutarchus ī theseo & Lucianus in secundo ueridicarum narrationũ pityocamptā appellāt. i. pinus piceas ue arbores incuruantem.

¶Et Scyron. hic pyla clesonis lelegis filii filio natus fuit si pausaniam sequimur: si autem probũ super id carmē prio geor. di / lectæ Thetidi halciones. polyphemōe. Sed nō erit (puto) ingratum lectori audire q̄d idem pausanias scribit de scyrōe. Sic. n. ait in attica: Moluridem rupē leucotheæ & palæmoni cōsecrarũt. reliquas q̄ post illā sũt pollutas arbitrant̃: qm̄ Scyron earũ i cola aduenas oes: q in eum locum incidebant in mare emittebat: enatabatq̧ testudo e saxis: q̄ illuc ꝓiectos corripiebat. Testudines autem marinæ terrestribus similes sunt ꝑter magnitudinē & pedes: quos similes phocis hn̄t. Idem supplicium scyronem ī idem mare a Theseo iactum oppressit.

¶Cum polyphemōe. hic procrustes pausania teste fuit cognominatus: quē Theseus iuxta cephisum fluuiũ interfecit. lege primā collectaneorũ hecatostyn capite. LXXII. ubi locũ illũ i metamorphosibus Nasonis exponimus. Innixãq̧ nouis neptē polyphemonis alis.

¶Corpora thesæa cercyonæa manu. Cercyonē in hospites īpiũ fuisse scribit pausanias & in eos: qui palestra secũ cōtendere noluissent. Vnde eius autoris ætate locus extra athenas Cercyonis palestra dicebatur. Oēs autē q secũ in certamē luctæ descēderũt ꝑdidit ꝑter theseũ: a quo astu potius q̄ robore fuit superat⁹. Nā

luctandi artem Theseus primus inuenit. Atq; ex eo palestræ disciplina celebrata. cũ prius magnitudine animi & robore ad id certamen hoies uterẽtur. fuit ãt cercyon neptuni & ãphyctiõis filiæ filius ut idem scribit pausanias in attica.

¶ Hæc tibi quæ præcibus iustis mea deuouet ira Euenient. lege eueniant.

¶ Filius & cereris frustra tibi semper ametur. Sic legendum est: non autem ut cereris. Intelligendusq; plutus cereris & iasii filiꝰ deusq; diuitiarum. Cuius meminit hesiodus in Theogonia. Iginus in arctophylace. diodorus in sexto. huius interpretationis inuentor Codrus.

¶ Vtq; pater Solitæ uarias mutare figuras. Erisichthon absq; dubio demonstratur: cuius pater triops seu triopas uocitatur. de quo in assumentis metamorphoseon quædã enarrabimus. Adde (quod scribit Iginus in ophiucho & Diodorus in sexto) Triopam cereris templum ad suam regiam constituendam euertisse: propter quod a Thessalia pulsus est: & a cerere hoc supplicio affectus: ut fame semper torqueretᷣ: nec ullis frugibꝰ unq̃ posset satiari. nouissime autem draconis morsibus uitam post mala multa compleuit.

¶ Teneat uim numinis: uel teneat uel tentet est legendum.

¶ Tu tereiq; puer. lego Tereos atq; puer. ne syllaba claudicet: uel Threiciusq; puer. at in manu scripto codice inuenio. Ityn enim Thracem fuisse nemo ignorat.

¶ Atq; eques in medii mergare uoragine coeni. Non uidetur dissimulanda quæ de hoc curtio historia traditur a plutarcho in comparationibus libro ex undecimo Aristidis de rebus Italicis. in hunc modum. Tiberinus amnis per medium forum Romanum deuolutus iouis ira magno conuulso aggere complures ædes & exterrauit & obruit. Mox oraculo intellectuꝫ huiusmodi calamitatem finiri posse: si preciossimum quiddam illuc cõiiceretur. Cæteris igitur aurum atq; argentum congerentibus Curtius insignis adulescens: cum preciossimam hominis animam intelligeret: sese ĩ hiatũ terræ præcipitẽ eques demisit: suosq; tãtæ calamitatis imũes reddidit. lege si plꝫ liuiũ primo & septimo priæ decadis lib. Varronẽ de ligua latia. & diuũ augusti

num quinto ciuitatis diuinæ.

¶ Grata per arua. emenda Graia

¶ Vilia membra: aut uirilia. aut frusta carnis interpretare: quæ si bi cybeles sacerdotes gladiis morsibusq; secabant.

¶ Lygnesius heros. lyrnesius a domitio emendatur: quod non displicet. Sed quia in aliquibus codicibus cygnesius legitur. Te monitum uolo Cygneius etiam posse emendari: ut intelligatur tenes cygni filius a patre in arca clausus deiectus in mare. Qam fabulam in fine sexti bibliotheces diodorus enarrat. & zenobius sub compendio tangit.

¶ Cæsus in æquoreas ꝑcipiteris aquas. si de perseo & Telepho uel tene intelligis. non cæsus: sed clausus legi debet.

¶ Vt cui causa necis serra reperta fuit: hunc pausanias & Diodorus talum. Ouidius perdica appellat.

¶ Aut te deuoueat certis abdera diebus. papinianus interpres in decimum Morem hunc humana hostia ciuitatem lustrandi a gallis emanasse testatur. apud eos eni de egẽtissimis qdã ꝑmiis conducebatur ut se ad hoc uenderet. qui toto anno publico sũptu purioribus cibis alebatur. ac certo & solemni die per totam ductus ciuitatē extra eã in pomœrio saxis a populo occidebaẽ.

¶ Aut Iouis in festo. lege infesti.

¶ Vt macedon icta est rapidis cum coniuge flammis. Macedõ quæ & Macedonia dicta fuit: nata legitur ioue & Thyia deucalionis filia ut autor est stephanus.

¶ Quiq; crotopiaden. Crotopũ octauum fuisse Argiuorum regem Eusebius decimo præparationis euangelicæ tradit.

¶ Quam qui dona tulit. Sunt qui huius uiri nomen hoc modo scribant. lycas. cum scribi sic debeat. lichas. Quem apollonii cõmentator in primum ait hyli herculis filii pædagogũ fuisse.

¶ Dixerat inuito quæ mala uerba deo. lego inuicto (nam id epithetum Marti conuenientissimum: qui deus est belli) uel inuiso idest ab ipsa odio habito.

¶ Quiq; lycurgiden lethauit. Ancæum dicit lycurgi filiũ: Quẽ ab apro interfectū fuisse memoriæ tradunt. Seneca in Medea. Strauit Ancæum uiolentus ictu Setiger. Sed aduertendũ est ꝙ duo fuerunt Ancæi: unus lycurgi & Antinoes filius ex arcadia:

quē sttatii interp̄s quinto cōmentario Lycurgo & salamine genitum dicit:alter neptuni & astypaleæ.gn̄e samius:quem apollonius in secundo argon.& eius interpretes testimonio simonidis post obitum typhis argo naui rectorem fuisse ostendūt.Nō nulli præterea hunc.nonnulli illum uolunt apri uulnere interēptum fuisse.atq; aprum alii calydonium.alii ab eo diuersum existimant.lege collectanea nostra primæ hecatostys capite quintodecimo.

¶Ab arbore natum.corrige & arbore natum:ut codrus admonuit.adonin .n. intelligit a Myrrha in arborem mutata in lucē editum:quod in decimo met his uersibus declaratur. At male conceptus sub robore creuerat infans:Quærebatq; uiam:qua se genitrice relicta exereret:media grauidus tumet arbore uenter.&paulo post.Arboragit rimas:& scisso cortice uiuum Reddit honus:uagitq; puer.

¶Idmonaq; audacem:hic idmon asteria coroni filia & apolline genitus fuit ut pherecydes teste appollonii cōmentario scribit.q ex laothoe Thestora calchantis patrem suscepit.

¶Viq; uel Euenus.de Eueno ita plutarchus in paralellis.Euen⁹ Martis & Steropæ filius ex Alcippa Oenomai filia in uxorē ducta Marpissam suscepit filiā:quā uirginē accurate seruabat.Cæterum Aphareus uiam ex chorea rapuit.pater autē insequens fugientem cum prēdere non posset.in lycormam fluuium se p̄cipitauit.ut in primo rerum Italicarum dositheus refert.

¶Inclususq; necem cauea patiaris:ut ille Non profecturæ conditor historiæ.Calisthenā innuit philosophum patria olynthiū rerum Alexandri magni scriptorem:quem Plutarchus in alexādro hyerone aristotelis cōsobria natum testatur:& in cauea cū cane clausum iustinus ueneno obiisse in quinto decimo epitomatum scribit:ut cæteras transeam opiniones.q̄ ab eodem plutarcho recensentur.lege Abstemii nostri libellū de locis obscuris:ubi is hunc Ouidii locum diligenter(ut cætera consueuit) enarrat.lege & Senecæ primum cōtrouersiarum librum:ubi calisthenem alexandri magni etiam præceptorem:& ueram eius mortis causam explicatam inuenies:

¶Viq; lyræ uates fertur periisse seueræ.Sentiant hoc loco alii

quicquid uolunt: Ego Eupolin comoediarum scriptorem signi ficari autumo: qui ob comœdiam (cui Baptas nomē indidit) in quosdam Athenienses editam in mari est suffocatus ut platoni⁹ scribit. lego etiam apud Strabonē in quartodecimo grāmaticum quendam: cui nomen Daphitas: fuit in Thorace monte iuxta magnesiam æolicam ciuitatem crucifixum fuisse: q̄ carminibus reges incesseret. Vnde prouerbium fuit caue a thorace idest ab incessendo reges: ne eo afficiaris supplicio: quo is qui in thorace pœnas luit. Sed prior historia magis mihi consonat.

¶ Eupolis hoc periit & noua nupta mō. hic Eupolis diuersus est ab illo comœdiarum scriptore: fuit autem Niciæ filius: cuius uxor Glycerium nomie (nisi: quod uereor: græcus codex sit deprauatus) patrem habuit Eudicum. Quos nocte nuptiarum cadens domus pariter extinxit. Vt in hexasticho incerti autoris apparet libro græcorum epigrammatum tertio: quod nos latinū sic ex tempore fecimus.

Heu q̄ flere nouæ mortem sponsæ ue uiri ue
Pessima res: ambos atq̄ ciere simul.
Eupolin ut pulchramq̄ Glycerion horum hymenæum
Extinxit prima nocte cadens thalamus.
Non bene habet talis connexio. Nicia nati
Eudicus ut natæ funus utrinque fleant.

¶ Pellex inuisa sorori. lege inuita. Nam philomela inuita fuit pellex prognes: quia per uim passa est cōcubitum a tereo:

¶ Vt puer harpagides. idest harpagi filius. harpagus enim amicus fuit Astyagis Medorum regis. Cui rex iratus q̄ cyrum ex filia nepotem uiuere comperisset: quem illi ut fido & arcanorum participi necandum tradiderat: eius filium (cuius nomen nō p̄ditur) Epulandum apposuit: ut herodotus in Clio & iustinus in primo litteris mandauerunt. hoc autem interpretamentum nō mihi: sed Abstemio meo debes.

¶ Vtq̄ Syracusio. melius syracosio ob syllabæ quantitatē. συρακουσιοσ mediam diphthongo producit: ex qua dempta υ more poetarū συρακοσιοσ media breui relinquitur. Nisi uelisa biecto. o. micron u. in. u. nostrū uerti: & syracusiū eadē syllaba correpta enunciare.

¶ Morsus subeas ut Glaucus equarum: Non uidetur ab re futurum si probi uerba in tertium georgicorũ hoc loco adduxero: qui sic ait in id Virgilii carmen. quo tpe Glauci potniades malis membra absumpsere quadrigæ. Potnia urbs ẽ Boeotiæ: ubi Glaucus Sisyphi filius & Meropes (ut Asclepiades in tragodumenon. li. primo ait) habuit equas. quas assueuerat hũana carne alere: quo cupidius in hosteꝫ irruerent & pniciosius. Ipsuꝫ autẽ cuꝫ alimenta defecissent deuorauerũt in ludis fũebribus peliæ. qdã aiũt has eqs Diomedis fuisse: Quas hercules ad eurysthea pduxerit: & ab Eurystheo & sisypho distractas suo filio dederit.
¶ Vtq; duobus idem dictis modo nomen habenti Præfocent animæ gnosia mella uiam. Glaucum Minois filium in mellis uasee suffocatum intelligit. quem Aesculapius cum in quodaꝫ loco conclusus a minoe sanare cogeretur: herba sibi a serpente allata ad uitaꝫ dicitur reuocasse. ut scribit Iginus in ophiucho. Eius meminit Claudianus in libro de uictoria stiliconis in alaricum his uersibus. Cretaq; (Si uere narrat fabula) uidit Minoũ rupto puerum prodire sepulchro. Quem senior uates auiũ clangore repertum Gramine restituit. miræ nam munere sortis Dulcia mella necem. ui tam dedit horridus anguis.
¶ Sollicitoq; bibas ueluti. Emenda Sollicitoq; bibas uultu. ut lælius Taurellus nepos meus me monuit.
¶ Vt uideas. lege. Et Videas.
¶ Teli genus hæreat. illud hastile marinæ turturis osse ĩ sũmo armatum accipe: quo Vlyssem a Telegono interfectum dictys & Aristophanis cõmentarius scribunt.
¶ Vtq; loquax in equo est elisus guttur agenor. lege acerno. Vt emendauit politianus. & Anticlum ortygi filium itellige: quẽ Vlysses in equo troiano simul delitescentem suffocauit. ut triphisiodori testimonio apparet. homerus in quarto odyssæ nõ suffocatum scribit (ut existimare politianus uidet) Sed tamdiu a loquendo ꝓhibituꝫ ab ulysse ore manu obstruso: dõec helẽa q̃ apud equũ illũ troiãorũ herorũ uoces assimilabat: Mineruæ ipulsu recederet. Cã politiani lapsus in homero fuit hæc: q̃ πιεζε ꝓ πνιζε accepit. Nã illud premere: hoc suffocare significat.
¶ Salmacis utq; pireꝫ. ĩ nõnullis codicib⁹ sic lego. Vtq; patrẽ psa

mathes: quæ lectio magis probatur. psamathe enim crotopi argiuorum regis filia fuit: quæ quoniam ex apollinis compressu filium peperisset linũ nomine, iussu patris sibi mortem cõsciuit. lege statium & eius cõmentariũ li. secũdo Thebaidos. qui tamen crotopi ab Apolline interempti nullam faciunt mẽtionẽ.

¶ Quam dextra coroebi uicit. hic coroebus non est ille q inter uiros stultitia insignes memoratur: in quorum numero Mãmacuthos, Melitides & Butalion recensentur: ut testis ẽ aristophanis cõmentator in Ranas. Scribit. n. Zenobius in collectaneis adagiorum Coroebum mygdonis filiuꝫ Troiani belli tempore in lucem editum tantæ fatuitatis fuisse: ut maris fluctus numeraret. unde prouerbium in insanientes exiit κοροιβοῦ ηλιθιωτερὸσ idest coroebo stolidior. eius autem, quem Ouidius nominat, sepulchrum megaris fuisse pausanias in attica scribit. de quo nõnulla statianus interpres in secundum.

¶ Comicus ut liquidis periit dum nabat in undis. de Terentio intelligendum philippus Beroaldus opinatur: Qui cuꝫ græcia rediens nauim ascendisset naufragio periit autore donato. Alii scribunt illum editis sex, quæ extant, comoediis iter in asiam facturum nauem introiisse: nec amplius uisum. Vnde creditum est a tempestate fuisse sũmersum. Sed ego quibusdaꝫ ductus rationibus interpretationem hanc amplio.

¶ Aut tu trinacrius. lege trinacrii.

¶ Natus ut Altheæ. Althæam Thestii filiam fuisse omnes sciũt: sed matris nomen pauci. Scito igitur Deidamiam perierus filiã eius matrem fuisse, ut testatur Apollonii cõmentator in primũ.

¶ Robur deducere fissile tentes. lege diducere, quod significat aperire.

¶ Obstructusq̧ famẽ patiaris limine tecti. Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens. Pausaniam innuit lacedæmoniũ: quẽ Cleombroti filium Thucydides facit & nos in prima collectaneorum hecatosty monstrauimus. Qui detecta proditione: quam cum xerxe tractabat: Ex litteris: quas ad eum regem Argilio puero a se dilecto tradiderat: in ædem Mineruæ, quæ chalcioecus uocabatur fugiens (obstructo eius ædis introitu saxorum multitudine ephoris ita iubentibus, matreq̧ in primis lapidem afferẽ-

te interiit·autor æmylius probus & in primo Thucydides: q̃uis hic de hoc matris facinore nihil retulerit. Non displiceret autẽ si limine templi legeres: non tecti.

¶ Vtq; melantheum. Quanuis existimẽ uersum esse mendosũ, non ab re tamen uideor esse facturus: si quæ de Melantho & codro in Zenobii parœmiis narrata inuẽi, in mediũ ꝓferã. Prouerbiũ est inqt. εὐγενέστερος κόδρου. i. generosior codro. Codrus. n. melãthi fili⁹ erat: melanthus autẽ a Neleo: qui Nestorẽ genuit: Sextus. Hic melanthus mesena abiens Athenas uenit. cumq; singulari certamine xanthum Boeotum Atheniensium regẽ superasset, regnũ accepit, ac postea hũanis excedens codro filio dereliquit. Codrus autem in bello: quod inter Atheniẽses & Dorienses fuit: pro patria sponte occubuit (Responsum. n. acceperãt athenienses sese doriẽsium fore uictores si Rex suus se morti exponeret) duobus filiis Mẽtore ac Neleo derelictis. quorum Mentor ei in regnum sucessit: Neleus autẽ coloniæ in asiã deducendæ dux fuit.

¶ Clytiadæ: Scribe Cliniadæ. Clinias. n. Alcibiadis pater. Non Clytias fuit nuncupatus. Adde q̧ Clytias uel clytius primã corripiunt.

¶ Membra semicremata. Bene semicremata: quia per medios ignes: quibus a pharnabazi militibus domus fuerat circunuallata: exilire Alcibiaden opus fuit autore plutarcho, & Aemylio probo.

¶ Sed dei dent plura rogãti. Scribe rogatis: ut sit sensus. dei plura mala dent tibi: quã in hoc opusculo eos in te rogauerim.

¶ Deo & Theotoco Virgini æuiterna laus.

IACOBVS CONSTANTIVS LAELIO TAVRELLO EX SORORE NEPOTI.S.

SI TVIS Et Hieronymi panætii litteris prolixius non rñdi: neq(ut pollicitus ſum)ad utrũq & cæteros pariter amicos uiſendum acceſſi: non eſt q negligentiam aut obliuionẽ ſed occupationes meas incuſes.non tamen illas:quibus obſtrictũ me eſſe panætius idem iocando(ut ſolet)nuper dictitabat: eiſdem forſan omnem operam impenſurus. ſi Neogamus fieret. Sed alias certe innumeras:quibus obruor(ut ſic dixerim) gracculatim. Ego hercle ut ab iis aliquantum ocii licuerit ſuffurari utriuſq ſponſionis nomen expungam. Qui pollicitis ſtare ſemper cõſueui:nec dare cuipiam uerba unq̃ cogitaui:pſertim tibi: quem ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων moribus lr̃iſq iſtitui. & educaui: ac memetipſo habeo cariorẽ. Interim ſupra trecentos in ouidii metamorphoſes locos partim corruptos partim male aut non ſufficienter interptatos in unum congeſtos libellum ad te mittimus. Vt cum a legum ſtudio defeſſi eritis. pcipue hoc menſe: quo Sirius ſcæuit:tu & panætius noſter.ac integerrimus iuuẽis & doctiſſimus Petrus Vercellenſis amor ueſter. fabulari mecum ac ridere.ideſt transformationum Naſonis miracula cõtemplari huiuſce opuſculi mei officio maiori cum uoluptate poſſitis. Quod & impreſſoria incude formandum curauimus:ut ouidianæ lectionis ſtudioſi(quicunq hinc fructum aliquẽ cæperint) uobis fauſta precari.ac debere non deſinant. Quorum gratia Luculentiſſimum hoc opus naſonis.ueluti ora reformatus primos Iolaus in annos.omnem fere Situm ac Senectutem exuerit. Si qua autem ab aliis annotata(quæ pauca omnino fuerit) a nobis repetita inuenies:Scias ob id factum. uti amplius quid roboris adderemus. Si uero læuia interdum quædam & pene negligenda attingendo chartam & ſepiaꝫ. cũq ipſis tempus rerum omnium precioſiſſimum fruſtra impendiſſe uidebor:actũ id quoq accipe ex induſtra. Cum in ea uiri etiam docti pedem pſæpe offenderit:& ut corporis ita mẽtis oculi minimis pſæpe fallantur. Vale. Fani. Octauo cal. Quintiles. MDVII.

¶IACOBI CONSTANTII FANENSIS IN OVIDII METAMORPHOSES ASSVMENTA.

LIBRO PRIMO

HANC Deus & melior reru; natura diremit. & ꝑ idest hoc loco minime accipiendum. Respicit enim Ouidius hoc uersu eorum philosophoru; opinionē:q Naturā deo superiorem ac potentiorem esse falsa ducti ratione censebant. In quam nono etiam huius operis libro Iphin introducit loquentem. ait .n. Deiq; mihi faciles qcqd ualuere dederūt: Q dq; ego uult genitor. socer & uult ipē futur⁹: At nō uult natura potētior omnibus istis.

¶Imminet his aer: qui quanto est pondere terræ
Pondere aquæ leuior. tanto est honerosior igne?

Hi uersus multos diu torserunt: multis ansam dederūt Ouidiū repħendendi. tanq̄ naturæ elementorū parū cōsciū. cū terrā & aquā dicere nihil īter se grauitate differre. nihil sit absurdius: nihil a uero longius. Alexander philomenus lugensis uir in utraq; lingua doctissimus. & per aliquot oli mēses ꝑceptor meus in ꝑuetusto codice ita se scriptū iuenisse dicebat. Imminet his aer. qui: quanto est pōdere terræ pondus aquæ leuius: tāto est honerosior igne. Quæ lectio pēitus quadrare uidetur. Erit. n. sensus Aerem tanto grauiorem esse igne: quantum aquæ pondus elementum terræ leuitate præcedit.

¶Postq̄ saturno tenebrosa in tartara misso. Non saturno mortuo interpṫare (nam deis ꝑclusa est ianua lethi) Sed in tartara relegato. Is. n. qm̄ cælo pr̄i uirilia āputasset (ut nonnullis placet) uel filios absq; iure deuorasset (ut plato in eutyphrone docet) ab irato ioue detrusus ad inferos dicitur: atq; eo loco arctissime uinctus. ubi nec solis splendore lætatur nec uētis. autore homero ī octauo iliados. Claudianus in primo de raptu proserpinæ. Saturni ueteres laxabo cathenas.

¶Notus feritate lycaon. Hic Gegenei arcadis filii filius fuit. ut Stephanus scribit in Ephyra.

¶ Solitæq; cupidine cædis utitur in pecudes. In antiquo exemplari uertit non utitur lego: qd non placet minus.
¶ Cæruleus frater iuuat auxiliarib9 undis. Bene auxiliarib9 & apposite: qm auxilia propriæ sociorũ & cõfœderatorũ dicebãt a romanis. Lege in secundo uegetium.
¶ At ille intremuit: motuq; uias patefecit aquarũ. eorum respicit opinionem: qui undas tremoris terræ causa; esse existimãt: quoniam ex orbe grauiter agitato erumpant. Lege Seneca; naturalium quæstionum libro sexto.
¶ In mare lassatis uolucris uaga decidit alis. Non hirundo tm̃ sed & ceteræ uolucres sunt accipiendæ: quæ diu per aerem uagatæ fuissent locu; ubi siderent uestigantes.
¶ Hic ubi deucalion. Deucalion promethei ex Oceana fili9 autore Dionysio halicarnassæo romanarum antiquitatum libro primo: uel ex pandora ut scribit hesiodus. Apollonii cõmentator in tertium argon. quatuor fuisse Deucaliones ostendit.
¶ Fatidicãq; Themin. Hanc romani carmentã uocabãt: qꝛ diuino spiritu afflata quæ uentura erant carminibus caneret. autores Dionysius in primo antiquitatum & Eusebius ꝑparationis euangelicæ libro tertio. Sed dionysius Nympham & Thespiodon. i. uaticinatricem. seruius in octauum æn. uaticinatricem tãtum fuisse contendit.
¶ Caua buccina sumitur illi, Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo. Non tortilis in latum buccina. Sed quæ tortilis ab imo turbine crescit in latum. ne Ouidium desipere faciamus.
¶ Vitta coercebat positos sine lege capillos. Signate uitta. qm̃ erat pudiciciæ insigne. Idem in secundo de calisto. Vitta coercebat neglectos alba capillos. & in quinto de Arethusa. Crinales uittas afflabat anhelitus oris. Ite; in tertio fastorũ: ubi sic siluia uestalis uirgo ad semetipsam loquitur. Ignibus iliacis aderam: cum lapsa capillis decidit ante sacros lanea uitta pedes.
¶ Ecqd si comantur ait? emendo Et quid: ut sit sensus. Et quid essent si comerentur. quando ita inornati tam decentes & pulchri sunt?
¶ Hostes quæq; suos. sic expone. Quæq; ea; suos hostes Agna lupum. ceruа leonem. columbæ aquilam fugiunt. Hoc. n. dixit

quia multi huic ſcopulo illiſerunt.

¶Moderantius oro Curre. Scribo moderatius. &

¶Opiferq; per orbem dicor. non opifex.

Mediamq; tuebere quercum. i. coronã in medio poſtium cæſareorum locatam. Idẽ quarto faſt. prætextaq; quercu ſtet dom⁹.

¶Lycæa reliquerat arua. Lego libentius Lyrcæa q̃ lyncæa: qm̃ uetuſtos codices ſic habere cõſpicio. quos inter ille eſt uiri olim undecũq; eruditi Laurentii abſtemii: nũc Nicolai filii: q a paternis ueſtigiis nequaq̃ aberrat. Lyrcæus autem uel Lyrcæũ mõs eſt argiuorum: uñ inachus fluit. de quo lege Stephanum. Solinum. Strabonem in ſeptimo. & in primum apollonii argonauticon commentarium. Lycæa arua legendum non eſſe ſyllabæ q̃titas & loci ratio inclamant.

¶Iuppiter e terra genitam mentitur: ut autor Deſinat inquiri. Genitam e terra dicit poeta ad antiquam uulgi conſuetudinem ſpectans. qui ignotis parentibus natos terra ortos dicebant. lege politiani miſcellanea capite octauodecimo.

¶Donec areſtoridæ ſeruandam tradidit argo. Duos argos lego apud ſtephanum in parrhaſia. Vnum Areſtoris filiũ: de quo hoc loco fit mentio: Alterum auũ. Atq; areſtorẽ ecbaſo natũ.

¶Naiades ignorant. lego Naides. Naiades eni nomen eſt quadriſyllabum.

¶Donec arenoſi placidi ladonis ad amnem. ſanior lectio placidum. ne fiat homœoteleuton.

¶Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit. Scribo cõcilium ideſt cõiunctio. ſocietas. cõſuetudo: ut ſit panos ſentẽtia. ſe quãdo ſyringis conſuctudine frui nõ potuerit. eam fiſtulam eius loco ſemper ut ſociam habiturum.

SECVNDO.

¶Non aget hos currus. Ex conſuetudine romani ſermõis agat libẽrius lego. Idẽ primo libro. Et (ſi modo uerba ſupſint) Oret opem: nomenq; ſuum caſusq; loquatur.

¶Cõmiſſas flectat habenas. Cõmiſſas habẽas ſimul iunctas & intra unum orbem adductas interpretor. ſic enim phaethonta

exculptum in corneola quadā éas tenentem notauimus.

¶ Quam deis uotisq; reliquit. ex uetusto codice uentis reformā dum admoneo.

¶ Quos illi fas tum contingere non est. purior lectio fatum.

¶ Vt quæq; altissima tellus. ut pro ubi porphyrionis & Diomedis testimonio interpretor. Quod Gentilis meus bononiēsis cognomento a cruce uir eruditissimus ob ea quæ dixit in illud primo met. Quaq; fuit tellus: illic & pontus ut aer. fecit ut aduerterem.

¶ Argos amymonen. Ephyre pyrenidas undas. Amymone & Amemone. i. αμυμώνη καὶ αμημώνη. & pirene fons. i. πειρήνη apud græcos absq; υ scripta inuenitur. pyrene cum y psilo montis est nomen autore stephano.

¶ Peneusq; senex. Scribo phenæus: græce. n. φειναῖος dicitur. licet nonnulli (qui an recte senserint ipsi uiderint) aliter scribendum p̄cipiant. est autem poeta noster callimachum imitatus: q sic ait. φεῦγε δ' ὁ γέρων μετόπισθε φεναῖος. idest fugitq; senex retro phenæus. Corripuit autem callimachus huius nominis primam abiecta posteriore uocali ex ει diphtongo.

¶ Arsurusq; iterum Xanthus. arsurus incendio uulcani precib' iunonis moti: quæ a Xantho demergi achillem metuebat. Lege homerum uigesimo & uno libro iliados.

¶ Cum phocaico erimantho. Erymanthum cum y scribi Stephanus & callimachus docent. quorum posterior in hymno iouis eum fluuiorum uocat candidissimū.

¶ Consternuntur equi. Lego Consternantur. Nam consternari animo exterreri significat. Idem qnto fast. cum consternatis diripereris equis.

¶ Neu uelit tenebras īducere rebus. Scribo ne ue uelit: ne syllaba claudicet.

¶ Quāuis pater esset in illis. Quomodo calistus pater erat īter lupos. si ex diluuio lupi cum cæteris animalibus periere? Respōdero poetam nostrum temporum ordinem non seruare in fabulis explicandis. sed ad id toto animo intendere: ut fabulam fabulæ cum gratia atq; arte coniungat.

¶ Siluas erymāthidos ambit. Emendo erymanthidas.

¶Arcas adest ter q̃nq; ferens natalibus annos. Vetustissimi qui dam codices sic habent. ter quinq; fere natalibus actis· quod placet magis.

¶Est uero cur quis iunonem lædere nolit? etiam si uerū illud sit (quod nonnulli dicunt) ut antiqui quidam codices aliter habeant: non mutandam tñ lectionem huiuscemodi censeo. quoniam poetis oratoribusq; frequentissima est.

¶Esse Hominem uetui: facta est dea. priscianus & cæteri grãmatici hoiem cõis esse generis scribunt: Sed autoritates non referunt. Sunt qui hoc carmen in testem adducant: & illud in hypmestra: Scilicet ex illo iunonia pmanet ira: Quo bos ex hoie est. ex boue facta dea. nec nõn uerba illa Seruii sulpitii ad ciceronem quarto epistolarum. Quoniam homo nata erat. Sed ii agunt frustra. Quoniam in nullo horum exemplorũ adiectiuũ aliquod huic nomini iunctum inuenitur: quo probari possit ẽt fœminino genere inclinari. Constet igitur hominem marem fœminamq; sed sub articulo tantum masculino significare. Quod non mihi acceptum referas uolo: sed Baptistæ Guarini pceptori meo omni laude dignissimo. a quo hæc inter alia multa scitu digna accepimus.

¶Quã larissæa coronis. Aut corõis propriũ nomẽ est & phlegyæ filiam significat· ut ister docuit autore igino. Aut patronymicum: & Asteriã notat Corono (q & Coroneus scribitur) genitam. Cuius apollonii cõmentator meminit in primum argonauticon. utranq;·n. apollo dilexit.

¶Ales sensit adulterium phœbeius. quoniam cum Lyco adulterauit: qui a Ioue fulmine extinctus fuit. teste papinii interps ĩ thebaidos tertium. uel cum Scyne chalci filio (ut ait iginus) qui ob id ab apolline sagittis est interfectus.

¶Timidas uocat una sorores Aglauros. Omnibus latinis codicibus aglauros legitur: & Suidas apud græcos illis suffragatur. At stephano Agraulos dr̃: qui ait. Tris cecropi athenarũ regi filias fuisse ab augentibus fructus noiatas: pandroson. hersen. Agraulon. Sunt enim a rore noia deriuata. Δροσος & ερση ros dicitur: αγραυλος ãt in agro pernoctans appellat̃: qd̃ ẽ epitheton rori accõmodatissimũ. Stephano astipulat̃ Herodot⁹ in

Vrània Agrauliaꝫ nuncupās(cuius templum iuxta àthenarum arcem fuisse testatur in eo scilicet loco:unde se præcipitem dedit autore pausania libro primo)& quidam in timæum platonis cōmētator. Vtro igitur modo rectius hoc nomen scribatur iudicio tuo relinquimus.

¶Iniustaqꝫ busta peregit. lego ex emendatis codicibus inuisaqꝫ iusta. i. Odio habitas & ingratas exequias.

¶Opemqꝫ tuā frustra phillyrius heros. Corrigo philyreius. q̄m philyra secūdam semper corripit. cum primam habeat cōem:& nunc uno, nunc duobus. l. exaretur. Philyra aūt Saturni coniux eiusdē mater(nisi ut uereor:mēdosus sit codex) a stephano dr̄.

¶Plura coronatis portabant sacra canistris. Emendo pura ex uno codice mediæ uetustatis. ex altero antiquiori Tecta. quarū posterior ēmendatio placet magis. Pausanias in attica. Duæ uirgines non procul a poliadis. i. mineruæ urbanæ(nam polis proprio nomine athenaruꝫ arx dicebatᷣ)tēplo habitāt(eas arrephorus atheniensis nūcupat(apud deā quodā tempore ꝑmanēt. & adueniente die festo hæc noctu agūt. Capiti īponūt honus: qđ mineruæ sacerdos dat illis gestādū. Nec sacerdos q̄ id dat, nec ipsæ q̄ gestāt:qđ nā id sit ītelligunt. Est aūt nō procul in urbis parte qdam murorū ambitus:q ueneris in hortis dicitᷣ: qua descensus ē sub terrā spōte factus. Eo uirgines descendūt:ibiqꝫ relictis quæ ferebant aliud nescioqđ optum tollūt. Has uirgines iā hic relinquens alias eorum loco ī arcē ducit.

¶Surgere conāti partes quascūqꝫ sedendo Flectitur. mēdosa dictio cōstructionē facit ineptā. Lege hoc modo. Surgere conāti partes(quacūqꝫ sedendo Flectitᷣ)ignaua nequeūt grauitate moueri. ac partes pro natibus accipe. de quibus in secūda hecatosty collectaneorum dicemus.

¶Subitoqꝫ celer delabere cursu. Fideles codices habent Solito. qđ ut probetur uerbum illud celer pōt efficere.

¶Vbi magni filia regis. Europaꝫ agenoris fuisse filiā oēs sciūt. Sed ex qua pauci. Sthèphanus ex Telepha inquit, quæ Thelepha in Thasso insula thraciæ proxima diem obierit.

¶Dextra cornu tenet. Lego cornum autore prisciano:ut infra dicetur.

¶ Martius anguis erat. Anguis a marte eius loci custos appositus. Nam Suidas ubi prouerbium illud explicat καδμεια νικη. i. cadmea uictoria. Cadmũ ait octo annos coactũ seruire martis quõ serpentem: qui sacrum ei deo fontẽ custodiebat: interemerit.
¶ At media p us parte. Lego Ac.
¶ Et totum descendit in ilia ferrũ. Toto ferro ex bonis exẽplaribus emendato.
¶ Excipiunt laticem nipheq́ hyaleq́. In antiquo codice Nipte scribitur. qđ magis placet q̃ niphe: quæ primã natura corripit. νιπτω lauo significat. hyalen autem a uitreo aquarũ colore dictam censuerim. ὑαλοσ. n. uitrum appellatur. Rhanis uero & psecas cum masculini generis sunt eũ significant: qui præ ibecillitate nonnisi sũmissa uoce loqui põt. autor Iulius pollux libri sexti capite trigesimo.
¶ Et subitiicta gerens Sicyonius i ia Ladon. In nonnullis codicibus lagon inuenitur: qđ nec displicet. erit. n. nomen ab ilibus ductum. quoniam λαγων ile significat: quod primam tamen corripit. Sed nil refert.
¶ Quosq́ referre mora est. Aeschylus q̃tuor tm̃ memorat fuisse actæonis canes. Coracem. harpyiam. charonta. & Lycitam. autor pollux libri septimi capite qnto.
¶ Dignaq́ seuera uirginitate uocant. Dignum. i. rem dignam corrigimus
¶ Quæ sit snia docti Quærere Tiresiæ. Tiresiam chariclus Thebanæ filium fuisse callimachus in palladis lauacris enarrat. Sed patris nomen hactenus nõ cõperio. Vereor tñ ne chironis filius fuerit. Qm̃ apollonii interpres in quartum argon. Chariclo chironis uxorem facit. Nisi duas eius nois mulieres fuisse qs uelit.
¶ Gẽitiuaq́ uẽit imago. Gẽitiuã imaginẽ masculã iterp̃tamur.
¶ Narcissumq́ uocat. hũc patria Thespieum fuisse Lucianus in secundo ueridicarum narrationũ testat. Sunt autem. Thespiæ i bœotia oppidum ut Stephanus scribit.
¶ Quid deinde negabo. Corrigendũ rogabo ex codice nr̃o.
¶ Attollit mẽtes. Lege Attonuit ex Statiano iterp̃te i septimũ

thebaidos: unde attonitus. Item eodem teste

¶ Vos ne senes miseri: non mirer. & eiusdem autoritate ac syl/labæ ratione ita poscente & codicis mei testimonio

¶ Hac tyron hac profugos posuistis sede penates. Est. n. sic di/ctum ut illud maronis. Iliũ in italiam portans uictosq; pẽates.

¶ Vos ne acrior ætas o Iuuenes. supple qd supra dictu; est. estis miseri.

¶ Si fata uetabunt. Codex meus uetabant.

¶ Nomen mihi dixit Acœtes: Emendandi sunt illi codices in q bus Acestes. Nam Acœtes cõuenientissimũ nomen est nauis gu bernatori: quẽ continue uigilem esse oportet Ακοιτησ insõnis interpretatur: quia κοιτοσ somnus dr. Et apud græcos ακοι/τησ uir & ακοιτισ uxor nominatur. q utrũq; uigilem esse cõ ueniat ad sobolem procreandam: uel (ut aliis placet) ad familia re officium recte gerendum.

¶ Forte petens delon chiæ telluris ad oras Applicor. Lego Diæ ex abstemii codice. & infra Diamq; tene: non autem chiam. Est enim Dia insula baccho sacra: quæ antea Naxos fuit appellata teste apollonii interprete in quartum argon. Cuius meminere Theocritus Callimach9 Diodor9 cæteri. Ouidi9 alibi. Qua brẽ uiis æquoreis Dia fertur aquis. & in octauo huius operis. Proti nus Egeides rapta minoide Diam uela dabat. Quin etiam uer/sus ille ĩ hac fabula Naxon ait liber cursus aduertite uestros hoc modo: quem diximus: corrigendum utrunq; uersum apertissi/me monet. Sthephanus noue; ciuitates & quatuor insulas diæ appellatione fuisse uocatas monumentis mandauit.

¶ Atq; mero redeant in pectora sensus. Lege Aq; mero. i. post digestum merum. Nam supra dixerat. Ille mero sõnoq; grauis titubare uidetur.

¶ Vixq; meum firmat deus. ordo est. Deus firmat me uix meũ idest ita attonitum ut a me ipso essem alienus. uulgo dicitur exiisse a seipso: qui ut græci dicunt εμ εκστασει εστι. idest in ecstasi est.

¶ Bisprénif erúq; lycurgũ. Lycurgus bacchũ deuinciẽs in Bardinem Syriæ fluuiũ deiecit. Is aũt a mercurio liberatus ipsum uiti bus uictum proiecit in mare autore Suida. Lege alia q̄dam:q in primæ collectaneorum hecatostys capite quartodecimo enarrauimus. hoc loco Ouidius Lycurgũ a baccho iterfectum ferro uidetur inuere.

¶ Nais an ut cãtu &c. Nereidẽ quãdã dicit(cuius nomẽ nõ proditur) Nosalã seu Nosorã isulã erythrei maris icolẽtẽ: quæ oẽs ad eũ locum nauim appellentes sibi misceri cogebat, ac postea mutabat in pisces autor arrhiano. Quã fabulã prolixius in eadẽ hecatosty narratã inuenies capite nonagesimotertio.

¶ Vel ad oscula dãda pateres. Repete, quãtũ erat ut. Nã uerborum structus sic procedit.

¶ Nec te Clymeneq; Rhodosq;. Nõ de rhodo isula sed d̄ Rhodo puella amata a sole poeta itelligit. Diodorus in sexto scribit Neptunũ ex quadã Telchiniũ sorore:q maris filii credebantur. sex liberos mares & fœmellã unam Rhodon noie genuisse: a pulchritudine(ut puto)sic appellatã. ροδον n. neutro gñe rosã significat. eãq; solet dilectã ex ei⁹ cõpssu sepẽ filios heliades a patris noie nũcupatos gẽuisse. ηλιοσ. n. sol dic: f. Eustathius ãt & pherecydes a Diodoro multũ dissentiunt. Tradũt. n. Rhodon, Asopi fuisse filiã, & phaethontẽ, Aeglen, Iapẽtien, & lãpetusam apollini peperisse. Sed ut i cæteris dissideant. i hoc tamẽ conueniunt. Rhodon puellã quãdã fuisse amatam ab apolline. de qua ut intelligẽdũ sit ratio hæc facit:q; mulieres a Sole dilectas non autem loca poeta enumerat.

¶ Te quoq; nũc adamas quõdã fidissime paruo Celme ioui. celmus uel(ut a nõnullis scribit)celmis unus ex idæis dactylis cũ Rheæ matri uim ĩtulisset:atq; ob id delphos petiisset:ide exclusus i idã rediẽs p̄ mœstitia i durissimũ ferrũ ẽ mutat⁹. Autor Zenobius i ꝓuerbiis sophoclis citãs testimoniũ i satyris. Ouidi⁹ i adamãta cõuersũ scribit alios secutus autores. Dr ãt celm⁹ & celmis ut Anap⁹, anapis. q tñ & celmes celmetis a plærisq; iclinat.

¶ Nec tamen ante adit. Emendo adiit, ut eo uersu

¶ Pueri rubor ora notauit Nescit qd sit amor Emẽdo nesciã.
¶ Deprensum polypus hostem continet. Corrigo palypus.
Quoniam πολυ priorem corripit: cũ per o micron scribatur. Solent sæpenumero græci uersus necessitate ducti huic littere o adiungere ύ & facere οὐ diphthongũ. quæ in u uertitur nostris. Vnde pulydamas in psio & heroidibus & pulypus hoc loco. Nisi more dorico uelis ου in ω rursũ mutare: ita ut pulydamas & pulypus in polydamanta & polypum iterũ transeant. p hostem ãt polypi uel conchas accipe qbus is maxime isidiat. uel hominem: quo cum luctari polypum in memoriam datur. Vtriusq; rei autor plinius libro nono.
¶ Et olẽt myrrhæq;. crociq; in bonis codicib' redolẽt iuẽimus.
¶ Deq; tot sororib' expers. Lego ꝺ totq; sororib' ut stet uersus.
¶ Nil poterit iuno nisi multos flere dolores. in antiquis codicibus inultos non autem multos scriptum esse iuenimus.
¶ Ducit ad infernas per multa silentia sedes. Quis nõ uidet muta silentia legi debere uel ex illo decimi libri uersu? Carpitur acliuis per muta silentia trames.
¶ Iugeribus distractus erat. Non minus probandum distentus (ut nonnulli codices hñt) q̃ distractus.
¶ Viridi uersata cicuta. Cicutam hoc loco non pro herba p̃sentanei ueneni sed pro cãna accipio: qua Tesiphone pro instrumẽto uteretur ad pharmaca cõmiscenda.
¶ Imminet æquoribus Scopulus. Moluriũ dicit. hoc. n. nomẽ scopulo unde se Ino cum Melicerta deiecit autore Zẽobio. cui sic subscribit pausanias in attica. Moluridem rupẽ Leucotheæ & palæmoni consecrarunt.
¶ Gratũq; manet mihi nomen ab illa. codex meus Graium habet: quod nõn minus consonat. ἀφροδίτη. n. græcum est nomen uenus latinum.
¶ Inuidiam fecere deæ. Inuidia sæpenumero conuicium cõtumeliãq; significat: p̃cipue Nasoni. quo significatu hoc loco accipienda esse sequentibus uerbis in dicat. Conuicia iuno Nõ tulit. In eodem a iuuenale accipitur satyra quartadecima cũ ait. Inuidiam facerent nolenti surgere nilo. Sed & pro iniuria a Seneca decimo declamationum his uerbis. Vt scias te inuidiã mihi

facere:cum dixissem accusa me:non negasti. Sed respondisti. accusabo cũ potero. In oibus his significatibus dr̃ iuidia, q̄ faciat ut is, cui fiat, eum a quo fiat: uideat non libenter. ponitur & pro culpa ut paulopost dicemus.

¶ Dum prima retractãt Facta domus. Melius fata iudicio nr̃o.

¶ Ex auro ramos ex auro poma ferebant. Tortellius in hesperidibus hunc uersum adducens tegebant legit, non ferebãt: & ita credendum est suũ codicem habuisse. Neq; aliter legi recte põt. Quid. n. insulsius q̃ dicere ramos & poma a frondibus ferri. cũ frondes & poma ferant a ramis?

¶ Et uasto dederat seruanda draconi. hũc Apollonius q̃rto argonauticon Ladonem appellat. quem pisander terra, hesiodus Typhone genitum dicit. Pherecydes Typhõis & Echidnæ filiũ facit ac centum habentem capita, & uoces totidem. Testis apollonii enarrator. qui ex Agrœtæ opinione in tertio Libycorum Draconem pastoris nomen fuisse ait, propter ĩmansuetudinem ac feritatem ita nuncupati.

¶ Littora cum plausus clamor superasq; deorum impleuere domos. In meo codice cum plausu legitur. neq; (si consideres) aliter est legendum. Clamor cum plausu ĩpleuere Syllepsis est.

¶ Seminaq; ex illis ut erãt iactata p̱ undas, ut pro ubi exp õm⁹.

¶ Protinus Andromeden & tanti præmia facti indotata rapit. Romanæ alludit consuetudini: quæ fuit ut noua nupta e gremio matris aut (si ea non esset) p̱ximæ necessitudine rapi simularetur: quoniá ea res Romulo feliciter cesserit. Autor ẽ festus. Indotata autem sine dote expone. quonia; perseus dote neglecta eam cæperit. Nam eam relicto dotali regno secum in patriá duxit. Ouidius in primo artis. Andromeden perseus nigris portauit ab indis.

¶ Et cantus animi felicia læti Argumenta sonant. Vide ne ad Fesceninos uersus in nuptiis cani solitos poeta respexerit. De quibus in collectáeis multa diximus primæ hecatostys capite sexagesimoquarto.

QVINTO

¶ Et stetit illa toro. & pro quia hoc loco debemus accipere.

¶Hunc ubi fœdatos &c. Antiquus codex ibi non ubi legendũ ostendit: qd ideo placet, quia aduerbiuȝ hoc postq̃ subsequitur.

¶Quo plus iuidiæ q̃ laudis habes. Inuidia crimẽ & culpã (uti diximus) p sæpe significat: p̃cipueq; Ouidio, ut hoc loco, & i seq̃nti libro. Mater in inuidia est, ac in decimo. Non erit inuidiæ uictorica nostra ferenda? & circa finẽ eiusdeȝ. Nobis cinyreius heros Inuidiæ mutatus erit? Item in primo remedii. Inuidiam cædis pacis amator habes. & in Didone. Da ueniam culpæ: decepit idoneus autor. Inuidiam noxæ detrahit ille meæ.

¶Raptaq; de duro robusta repagula poste. Lego posti ex prisciano libro septimo.

¶Cererisq; sacerdos Alphitus. το ἄλφιτον farinam significat. pp cuius albedinem cereris sacerdoti decenter inde datũ est nomen. Qm̃ eius deæ sacerdotes albis uti uestibus cõsueuerãt. ut in decio huius operis uidebis. Cãm refert idẽ poeta i quinto fastoruȝ. Nisi a farina cereris famulo nomẽ iposituũ uelis: q ea frumenti (unde farinam facimus) inuentrix & p̃ses memoretur.

¶Occidit & celedon myndesi⁹. Lego Celadon mẽdesius. Mẽdes. n. ciuitas fuit in ægypto: unde Mendesiũ unum e septẽ hostiis nili. Lege stephanuȝ, pliniũ, & strabonem. Celadon resonãs interp̃tatur. κελαδεῖν. n. exclamare & resonare significat.

¶Echionq; sagax. Emendo Ethion ut syllabam nõ offendã: & aptum auguri nomen faciam. ηθεῖοσ. n. diuinus interp̃tatur.

¶Cæso genitore infamis Agyrtes. Nomen infami uiro conueniens. ἀγύρτησ. n. præstigiator uocitatur.

¶Immotusq; silet. proba lectio silex.

¶Cõfessasq; man⁹. Hic cõflexas ex antiquo exẽplari corrigim⁹

¶A dextra cypro gyaroq; relictis. Nec cypro nec scyro placet, Sed Siphno: quæ inter cycladas numeratur.

¶Vetitum est adeo sceleri nihil. parenthesis est.

¶Lateq; solum retegatur hiatu. Legendum lato

¶Cui triplicis cessit fortuna nouissima regni. Fortuna nouissima. i. ultima sors exponi debet. Nam cũ iuppiter neptun⁹ & pluto regnum diuisuri rem sorti cõmisissent prima sors q̃ exiit Iouis fuit. Neptuni secũda: plutonis ultima: ut narrat homerus quitodecimo iliados. unde signate a Claudiano in primo raptus proserpinæ sup̃ma sors ea: q̃ plutoni contigit apellatur. ut tertia su

ꝑmæ patior dispendia sortis. Non ergo ad regni conditionem sed ad sortis casum poeta respexit.
¶ Curuauit flexi e cornu. Lego cornū autore prisciāo libro sex to:nā (ut is ait) cornu & cornū neutro gn̄e & corn⁹ masculio dr̄.
¶ Haud procul aetnæis lacus est a mœibus. Scribo Ennæis. Enna, siciliæ ciuitas, duplici n scripta ea fuit: apud quā rapta est proserpina. Lege ciceronem sexta actiōe in uerrem: & quæ optim⁹ pater meus super illo uersu quarti fast. in quibus est culto fertilis enna solo: ac Laurētius noster abstemius in libello de obscuris quibusdam locis tradiderunt.
¶ Prodit Anus. Huic nomen Meganiræ fuit seu menalinæ. lege Ouidium quarto fast. & Diomedem grāmaticū libro tertio. Clemens (teste eusebio secundo ꝑparationis euangelicæ) Baubonem uocat sic inquiens: Cererem uero a baubōe nobili muliere hospitio susceptam tradūt. Potionēq; mulsis cōfectā (quā cyceona uocant) cereri allatā fuisse. Cūq; cerēs luctu ꝓ ꝑ filia poculum recusaret quasi despecta doluit. Itaq; sublata ueste genitalia membra deæ ostendit: quæ hoc spectaculo delectata cyceona suscepit ac bibit. Qđ orpheus Carminibus cecinit.
¶ Duri puer oris & audax Constitit ante deā. Iam bes hic puer a Nicandri cōmentario appellatur. a quo tamen dissentit Diomedes in tertio. Iambam Meganiræ dicēs fuisse ancillam. Sed hoc Codro feratur acceptum.
¶ Sideraq; & uenti nocent. Accidit hoc loco iis q hoc carmen correxerunt imo corruperunt id: qđ oratiano uersu dicitur. In cidit in syllam cupiens uitare charybdin. Nā huic cōiūctiōi q; opem ferre uolentes: quam breuem semp latinis esse putabant huic uerbo nocco uulnus intulerunt. ꝑ primam ei⁹ syllabam ubiq; breuem elongantes. Emēda igitur si (ut oēs fere codices absq; commentariis habent) Sideraq; uētiq; nocēt. Nec te moueat q; copulatiuam cōiūctionē produci: quoniam finalitatis causa honorato teste producitur. Vt apud Virg. in tertio æn. Liminaq; laurusq; dei. Quāuis & ratio hæc opituletur: q; græce κat dicitur. unde in uetustissimo marmore coniunctione in hac cum diphthongo scriptam cum romæ eram adhuc in hoc modo: QVAE.
¶ Ante iouem sparsis stetit inuidiosa capillis. inuidiosa. i. plena

odio in plutonē uel exacerbationis plena in ipsū iouem . quod tangere uidetur interp̄s a quibus eo loco reprēditur forsan nō intellectus.

❡Quem quondam dicitur Orphne &c. conuenientissimū nomen auernali nymphæ ē Orphne: q̄ nigredinē obscuritatē q̄ significat. Vnde apud Claudianū orphneus unus equorum plutonis nuncupatur: licet uulgati codices sint corrupti.

SEXTO

❡Lydias tamen illa per urbes. Emendo lydas. Dicitur. n. Lyd⁹ & Lydius sed ly syllaba semper producta. Idem secundo fast. Ridet amatorem lyda puella suum. & in ibin. Lydia se scopulis ut uirgo misit ab altis.

❡Bis sex cælestes medio ioue sedibus altis Augusta grauitate sedent. Duodecim deos intelligit sex mares totidem fœminas: quos consentes nuncupabāt teste diuo augustino in quarto ciuitatis dei eo q̄ in iouis concilium adhiberent. Eos ennius hoc disticho complexus est: quod Martianus citat libro primo nuptiarum mercurii & philologiæ, necnō Apuleius de deo socratis. Iuno: uesta: Minerua: Ceres: diana: Venus: Mars: Mercurius: Iouis: Neptunus: Vulcanus: Apollo. quorum meminit & cōmētator apollonii in secundum argon.

❡Exiluisse ferum. Emendati codices habent Fretum. Quod & is qui epitomata fabularum Ouidii soluta oratiōe cōposuit sic redintegrandum esse ostendit. Lege primam collectaneorū nostrorum hecatostyn capite quinquagesimo septimo.

❡Addidit ut satyri cælatus imagie pluchra iuppiter īplerit gemino Nycteida fœtu. Lego pulchram. Sed Sciendum (ut ait stephanus) Antiopam secūdū Hesiodum i hyria: quæ regio fuit prope euripum: Secūdum euripidem in hysia: quæ ciuitas fuit sub cytherone locata: in lucem fuisse editam. Nycteus aūt antiope pr̄ Neptuni & celenus fili⁹ fuit: ut autor ē iginus i Tauro.

❡Te quoq̄ mutatum toruo neptune iuuenco uirgine in æolia posuisti per uirginem æoliam canacen æoli filiam intelligit: quā sub Tauri forma uitiauit neptunus teste diodoro i primo. unde natus triopas erisichthonis pater autore callimacho & diod. in sexto. Lege primam collectaneorum hecatostyn capite sexage-

simoprimo.

¶Aries bisalpida fallis. Lego Bisaltida idest Bisalti filiam: qui sole & terra genitus fuit autore stephano. a quo Bisaltia ciuitas & locus in macedonia.

¶Et te flaua comas frugum mitissima mater sensit equum. Ex hoc compressu natus est Arion equus humanuз habẽs dextri pedis uestigium. Autor papinianus interpres sexto commentario

¶Vt pastor macareida luserit issen. Isse puella lesbia fuit soror methymnæ & Macaris uel macarei filia. Ab isse issa a methymna quoq Methymna in lesbo ciuitates nomen acceperunt. Lege stephanum.

¶Liber ut erigonen falsa deceperit uua. hæc Erigone Icari filia fuit: quam sub uuæ specie bacchus decepit & grauidam reddidit. unde natus puer nomine Staphylus a facti qualitate ita appellatus. nã σταφύλη uuam significat. quãuis non desint qui Staphylum baccho & Ariadna natũ litteris tradant: ut in tertio argon. cõmentario interpretes scribunt: & Plutarchus in Theseo. lege autẽ primæ hecatostys nostræ caput sextuз.

¶Succis hecateidos herbæ. Aconitum intelligo: quod hecate Medeæ mater prima dicitur reperisse teste Diodoro libro qnto

¶Cum quis & naris & aures. lego auris ĩ singulari teste Prisciano libro sexto.

¶Mihi tantalus auctor. Tantalus hymenæi filius & Ascali frater fuit autore Stephano. Quem plato in Cratylo quasi Ταλαντατον talantatum idest infelicissimum dictum fuisse existimat.

¶Huc natas adiice septeз Et totidem iuuenes. Si quis filiorum Niobes nomina scire desiderat. hæc fuerant: ut apud statii interpretem tertio thebaidos commentario iueni. Marium hæc. Archemorus: Antegorus: Tantalus: phædimus: Sipylus: Xenarchus: & Epinites. Fœminarum hæc. Astycratea: Pelopeia: chloris: Cleodexe: Ogyne: Phege: & Neæra. Ouidius æschylum in tragœdia Niobe sequens quosdam e maribus aliter nominauit. puellarum uero nomina non apposuit.

¶Deiectura preces. Quis non uidet Adiectura esse legenduз?

& in eo uersu.

¶ Ille ut erat pronus per crura admissa iubasq; uoluit: admissa idest uelocia debere exponi.

¶ Cui quondam regia iuno orbe interdixit. Restitue orbe3: uti o nnes prius codices habebant, super qua re in secunda collecta neorum hecatosty multa dicemus.

¶ Quem tritoniaca latous arundine uictum. Arundinem trito niacam tibiam a Tritonia.i. pallade inuentam atq; ab eadem abiectam interpretare. Cuius rei idem poeta in sexto fast. & pro pertius in secundo meminere.

¶ Et tum quoq; clarus olympus. hic olympus non pro monte Sed pro marsyæ discipulo accipendus: qui tum quoq; Clarus esset tibiæ inflandæ peritia. lege primam hecatostyn collectane orum capite nonagesimoquarto.

¶ Deduxit uestes. lego Diduxit.i. lacerauit ut fiebat i luctib⁹. Itē

¶ Et nihil est quod non inopino captus amore Ausit. teste pri sciano libro nono.

¶ Neq; enim minus impius esset. non minus se rogari a philo mela pateretur ut diutius ab ipsa amplecteretur.

¶ Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo. cum aduerbiu; temporis est. quod pleriq; quum scribunt: non autem p̄positio

¶ Paruis adduxit colla lacertis. Adducere constringere hoc lo co significat.

¶ E quibus æolides cephalus. Plautus in amphitruone, strabo i decimo pausanias in attica Deioneum cephali patrem fuisse te stantur: quem Deionem callimachus uocat in hymno in dia nam. Vnde æolides cephalus æoli filius interpretari nō potest. Vereor autem ne Deioneus uel deion aeoli filius fuerit: unde aeolides cephalus æoli nepos sit intelligendus. Sed hoc pro cō iectura non iudicio haberi uolumus, dum pateat ueritas. Audio nonnullos uelle ut Eionides pro Deionides hoc loco legatur idest Deionei filius. & in septimo, Aspicit Eioniden ignota ex ar bore factum Ferre manu iaculum. quoniam consonantem a di ctionis principio Iones demant: ut in Acco Macco (quod fuit uetulæ insanientis nomen) uidetur, Sed nobis lectio huiusce

modi non probatur:quia Deion & Eion trium nō duarum syl labarum est nomen. Callimachus in hymno dianæ.και κεφαλου ξάμθην αλοχομ Δηιόμιάδο.idest.& Cephali flauā; uxorem deionidæ.Ouidius in nono.Tunc erat inualidus Deionideq; iuuentæ.homerus in decimo iliados.εμΔεσφιμ ρησοσ βασιλευσ παισ ηιόμηοσ.idest cum suis Rhesus rex filius eionis.At quoniam de Deioneo & eioneo diximus:non prætereamus Alterum Deioneū euryti filium fuisse:cuius meminit plutarchus in theseo.Tertium thessalum phylaci patrem:cuius meminit Stephanus in phylaca.Eioneus quoq; alter diæ (ob quā Ixion a ioue detrusus in inferos dicitur)pater fuit:de quo a diodoro in quinto.& ab apollonii interprete in tertium argonauticon fit mentio.Fuere & duæ ciuitates:qbus nomen Eion:altera in Cherroneso.altera in pieria.ut idem Stephanus scribit.

¶Per mare non motum.in aliquibus codicibus non notum legitur:sed utrunq; in eandem deflectit sententiam.

SEPTIMO

¶Quid enim cōmisit Iason? Quem nisi crudelem non tangat Iasonis ætas? Iason trium syllabarum ubiq; est non duarū. Vnde cauendum est ne cum quodam litterato scriptore offendas in lapidem:Qui hoc nomen duarum interdum syllabarum esse existimat autoritate huius carminis quem nisi crudelem nō tāgat iasonis ætas.Cum in ipso tam trium sit syllabarum q̄ in antecedenti uersu Quid enim cōmisit Iason.

¶Semina mollit humus ualido præcincta ueneno.Lego prætincta.

¶Dissimilemq; animū subiit pater Aeeta relictus.Scribo aeta. dempta una syllaba metri causa.ut in Hypsipyle.Nō hæc Aesonides nec filia phasias aetæ .poetis enī nūc addere nunc adimere dictionibus syllabas licet.uersus necessitate astrictis.

¶Quāuis temerata labores Aera tuos minuant.In bonis codicibus temesæa legimus nō temerata.quod magis placet .est.n. Temese in cypro ciuitas æris prestantia nobilitata:p̄cipue apud

latinos ſtatiō & Naſoni. Stephanus Tameſeon uocat. Feſtus pō
peius eſt autor cyprum inſulā Aeroſam antiquitus appellatam
fuiſſe: ꝙ in ea plurimum æris naſceretur. Eſt & Temeſe in bru-
tiis Straboni ære abundans. Sed prior magis celebris.

¶ Curuamine falcis ahenæ. Signate dictum. quoniam ſenectu
tis morbum uolebat exigere. Lege macrobium quinto ſatur-
nalium.

¶ Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus ſacra facit. Ex
undecimo odyſſeæ acceptum hoc eſſe agnoſcet: qui homerum
eo loco diligenter inſpiciet. Introducit enim Vlyſſem ſcrobem
quandam facientem & ſanguine mactatarum bidentum, mul-
ſo uino dulci, & polenta implentem ad manes exciendos.

¶ Diſſimilemq; animum ſubiit ætate relicta. Hic uerſus in plu-
rimis antiquis codicibus non reperitur. nec in hunc locum ad-
mittendus uidetur. Atqui ipſum contenderim eſſe uerſum illū
quem ſuperius emendaui. Diſſimilemq; animum ſubiit pater
æta relictus: & neſcioquo caſu ab hallucinanti ſcriptore hic in-
terpoſitum.

¶ Pelion umbroſum philyreaq; tecta. aut hoc modo legendū,
aut hoc altero. pelion umbroſum philyreia tecta. Nam philyra
ſecundam ſemper corripit græcis latiniſq;. Primam autem ha-
bet communem, ut ſuperius diximus. In ſecundo met. & ſexto
faſt. phillyrius pro philyreius corrupte legitur: Si quis eos tibi
uerſus forte obiiciat. Cæterum hemiſtichium hoc naſonis ex
hymno callimachi ī delum ſumptum eſſe uidetur: qui ait. πηλί
ου ω φιλύρης νυμφήιον. O pelium philyræ cubiculum.

¶ Et ſtricto toties iratus amori. lego ſpreto ex archæotypis.

¶ Opphias effugit natorū uulnera Cōbe. Qui Iambe legūt an
recte legant ipſi uiderint. Ego comben apud ſtephanum (licet
deprauato codice) Aſopi filiam fuiſſe inuenio quæ quia ærea
arma prima inuenit Chalcis fuit cognominata autore Zeno-
bio. nam χαλκὸς æs dicitur. Eandem ait Zenobius cum uiro
adhæſiſſet centum filiarum matrem extitiſſe. Cuius rei præter
euboicarum rerum ſcriptores Ariſtum etiam Salaminium citat
autorem. Inde factum prouerbium in pluras habentem filias

ὥσπερ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή. Tanquam chalcidica peperit nobis mulier. Ob hæc autem natarū libentius q̄ natorum in hoc uersu receperim. Sed tamen hoc posterū amplio- dum fabulæ textum ab aliis narratum inueniam.

¶ Innexamq; nouis neptem polyphemonis alis. Libentius innixam q̄ innexam legerim. nam inniti alis proprie aues dicuntur cum iis expansis in aere se sustentant. Neptem autem polyphemonis Alcyonen dicit Scyronis polyphemonis filii filiam: quæ q corpus uulgasset a patre in mare deiecta in sui nominis auem fuit transmutata. Autor huius fabulæ probus Virgilianus interpres primo Geor. testem citans Theodorum. Qui fabularum opus condidit autore in paralellis plutarcho: cui titulum fecit metamorphoseon. Lege primam collectaneorum hecatostyn capite septuagesimosecundo.

¶ Vidit & immitem cephisias ora procrustem. Bene Cephisias. quia ad cephisum fluuium ipse est interfectus autore pausania libro primo.

¶ Florentemq; Tyron cypron planamq; Seriphon: Lego sic. Florentemq; Gyron Siphnon paruamq; seriphon. Gyros enim (nisi mēdosus sit plinii codex) una est sporadum Siphnos una cycladum: & oppidum in melo insula ex Sporadibus una. Paruam Seriphon appellat q eius circuitus duodecim tantum milia passuum teste eodem plinio amplectatur. Vnde in quinto huius operis naso hoc eodem epitheto utitur cum ait. Te tamen o paruæ rector polydecta seriphi. & iuuenalis satyra sexta. dicens. Et parua tandem caruisse Seripho. Item in decima. Aestuat ut clausus gyaris paruaq; Seripho. Si planam seriphon uoles legere. eustathius & Strabo contra te sentient: qui adeo lapidosam hanc insulam esse aiunt: ut inde fabula decantauerit perseum ibidem educatum ostenso Gorgonis capite incolas mutasse in saxa. nisi tueri hoc modo lectionem hanc uelles. q Lapidosus esse aliquis locus potest & tamen planus esse idest in planicie non in colle locatus.

¶ Neq; enim capiebant funera portæ. Antiquam tangit consuetudinem: quæ fuit ut extra urbes mortuorum corpora sepe iren

tur. Vnde efferre & educere mortuos dicimus.
¶ Natorũq; matrũq; aiæ. Lege Natorũ matrumq; ne claudicat uersus: uel (ut quidam codices habent) Natorumq; uirumq;.
¶ Isse sub amplexus quondam asopidos æginæ. Multi Sinceræ formæ hoc carmen restituere tentauerunt: nulli potuerunt. Sic ipsum redintegrandum omnino est. Sub quondam amplexus æginæ asopidos isse. uel Aeginæ amplexus sub quondam asopidos isse. Aduertendum enim est Asopum primam & secundã nunquam corripere.
¶ Dat mihi præterea tanq̃ si parua dedisset dona, canem mun?. De hoc cane Lege quæ scripsimus in primæ collectaneorũ he hecatostys capite uigesimosecundo.
¶ Protinus aoniis immissa est belua thebis. Lege quæ de hac uulpe ibidem diximus. & in cane iginus recitauit.

OCTAVO.

¶ Qua dote rogarem uellet emi. Antiquam tangit consuetudinem: qua uir & uxor sese inuicem emebant teste Seruio. Virgi. primo geor. Teq; sibi generum tethys emat oibus undis. Boeotius in primum topicorum. Tribus modis uxor habebatur: usu: farre: coemptione. Sed confarreatio solis pontificibus conueniebat. Quæ autem in manum per coemptionẽ uenerant hæ matresfamilias uocabantur. Quæ uero usu uel farre, minime. Coemptio certis solemnitatibus peragebatur: & sese in coemẽdo inuicem interrogabant. Vir ita. An sibi mulier materfamilias esse uellet. Illa respondebat uelle. Eadem mulier interrogabat. An sibi Vir paterfamilias esse uellet. Ille respondebat uelle. Ita q; mulier uiri conueniebat in manum: & uocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. Et erat materfamilias uiro loco filiæ.
¶ Et causaq; ualet. Emendo in causaq; ualet.
¶ Et duo thestiadæ: & proles aphareia lynceus: plexippusq; ferox iaculoq; insignis castus: Et uelox idas. Ex ãtiquo codice sic lego & in seriem hanc redigo hos uersus. Leucippusq; ferox: iaculoq; insignis acastus: Et duo thestiadæ: prolesq; aphareia Lynceus. Et uelox idas. ut idas post Lynceũ statim sequat. quoniã

ii fratres erant & aphāreo geniti ex Arene. Quorum Appollonius & Balbus in primo argon. ac Theocritus in Dioscuris meminere. q̄ autē non Plexippus Sed Leucippus legendus sit hic probatur. q̄ illius fit mentio hoc hemistichio. & duo thestiadæ idest Toxeus & plexippus thestio gēiti. Leucipp⁹ sane ex aphidnis ciuitate lacōiæ fuit: ac phoebes & elairæ pater teste stephano. propter quas inter castorem & pollucem ex una: inter idam & Lynceum ex altera fuit dimicatū: ut circa finē quinti fast. Ouidius canit. Licet non ignorem plures fuisse Leucippos ut alibi diximus. Acastus hic sane: qui magnesiæ rex fuit: phthiriasi periit. ut autor est plutarchus in sylla.

¶ Cūq; pheretiade &c. Quoniam hic uersus a plærisq; corrūpitur putantibus primam pheretiadæ syllabam longam esse: quoniam ab homero in secundo iliados per η scribatur: nō censeo ueritatem dissimulandam. Constet igitur eam syllabā natura corripi: ac per ε a græcis scribi(ut apolloni⁹ eius interp̄s. Stephanus & cæteri probant)Sed homerum carminis necessitate ductum more suo breuem uocalē in lōgam cōmutasse. Quod ut qui latinam tantum lr̄aturam didicerunt fiat apertissimum. ecce eiusdem poetæ testimonium tertio artis amatoriæ. Fata pheretiadæ coniux pagasæa redemit. Nullo igitur pacto q̄ copula hoc loco eradenda. quæ & a prisciāo admittitur libro septimo.

¶ Rasilis huic summam mordebat fibula uestem. Aut uestem dicit fibulis a summo connexam ac Dorida appellatam teste herodoto in Terpsichore(Qua cum olim uterentur atheniēses mulieres. unum: qui a pugna cum æginetis superfuit Solus: fibulis totum perforantes interemerunt. Vnde postea statutum: ut eæ iadibus uestibus: quæ lineæ sine fibula erant: in posterum uterentur)aut uestem post humeros fibula collectam intelligit ut esset expeditior ad uenandum. Qualem meleagro Balbus assignat libro primo. ut: At tibi collectas soluit iam fibula uestes. Fibularum autem inuentum uulcano dabimus si homerum sequemur. Qui in octauodecimo iliados scribit. eundem deum apud eurynomen & Thetidem oceani filias nouem annos fibulas & monilia conflauisse.

¶ Ecce furens contra sua fata bipennifer arcas; Securiferum

fuisse Ancæum apollonius in secundo argon. scribit: unde hoc potuit sumpsisse Ouidius.

Et magnis insignia dentibus ora. Non ab re magnis poetam dixisse censendum est: quoniam eorum circunferentia triū erat spithamarum autore procopio libro historiæ gotticæ primo: uide collectanea nostra primæ hecatostys capite quinquagesimotertio.

Mediis quot cernis echinadas undis. Tres numero echinades fuerunt si papiniano interpreti in tertium thebaidos fides est adhibenda. Artemites: Agallo. Megale. Strabo & alii aliter.

Debuit illius misereri. & ignoscere nobis. & copula eradēda.

Medio circundata muro. Scribo modico ut in uetustis est codicibus.

Ferrum dryopeius illa abstinuit. Lege Triopeius ut nonnulli emendarunt. Triopas enim ut callimachus in hymno cereris, uel Triops ut hellanicus teste stephano scribit. Erysichthōis pater fuit. a quo Triopium uel triopia (ut idem ait Stephanus) cariæ ciuitas appellata. hic Neptuni ex canace æoli filia filius fuit. uel (ut alii uolunt) Lapithi apollinis filii & scibæ penei: uel (ut ab aliis scriptum est) apollinis & Rhodus. Autor Diodorus in sexto.

Rigidiq; cacumina montis. Scribo ex bonis codicibus Cacumine.

NONO

Vna ministrarum media de plebe Galanthis. hæc lacteus flos interpretatur. γάλα enim lac, ἄνθος flos dicitur.

Lotos in hanc nymphe. Magis placet ut Lotis legatur. Idem primo fast. At ruber hortorum deus & tutela priapus Omnibus ex illis Lotide captus erat. & infra. Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis sic ut erat lusu fessa quieuit humo. Nisi quis uelit ut lotos sicut Rhodos declinetur. Cæterum eam scio apud nescioquem græcum autorem neptuni filiam appellari.

At puer Amphisus. uide ne amphrysus legi debeat. ab amphryso magnesiæ fluuio: q̄ portio est thessaliæ. Oechalia. n. unde huius parentes fuerunt in thessalia ponitur omnium fere scri-

ptorum consensu. Licet nõ ignoremus plures fuisse œchalias.
¶ Phegeius hauserit ensis. hic phegeus Themeni & Axionis pater uidendum est an phoronei frater fuerit & psophidis filius: cuius meminit stephanus.
¶ Verbaq; correptis incidere talia cæris. correcti codices habẽt correctis: qđ sententiæ melius quadrat.
¶ Et paulum blandita. magis accedo exemplaribus illis: in qbus non paulum sed pauidum idest pauide. scriptum uidetur.
¶ Mediis in partibus ignem. Emendati codices hircu; non ignem scribendum esse ostendunt. Quæ lectio cũ homeri & hesiodi uersu cõuenit: qui chimeræ medium capra; esse scripserũt. hic in theogonia. ille in iliados sexto.

DECIMO

¶ Terna medusæi uincirem guttura monstri. Medusæum mõstrum cerberum interp̃tare a medusa originem capientẽ. Ex sanguine. n. Medusæ natus ẽ chrysaor equus: ex chrysaore Geryõ: ex Geryone: qui echidnæ se miscuit: Cerberus. Autor hesiodus in Theogonia. Qui aliter interpretantur errant tota uia.
¶ Quam tria q timidus &c. huius nomen nõ reperimus. Sed legimus apud Zenobium fuisse uirum quenda;: q ita natura formidolosus eẽt: ut propter herculis metũ sese in spelunca occultauerit: ac propter timorem obierit. Cum. n. forte herculem uidisset. in lapidem uersus est: qui homini similis uideretur caput proferens e spelũca. unde in saneq̃ meticulosum prouerbium illud emersit. Δειλοτεροσ ει του παρακυπτορτοσ. i. formidolosior est ex occulto cernente.
¶ Olenus esse nocens. Olenos duos fuisse reperio. Vnum uulcani filium: qui Aegan & Helicen filias habuit: quæ iouis fuere nutrices teste Igino. Alterum iouis & Anaxitheæ: cuius meminit stephanus. In achaia autem inter patras & Dymã (ut ex strabonis octauo colligimus) mons erat nomine Scolius: que; homerus & hesiodus Oleniam petram uocauerunt: ac supra eum ciuitas oleno nomine nũcupata. Fabulæ tñ textum nõ iuenio.
¶ Portitor arguerat. Lego arcuerat. Licet & illud tueri qs possit
¶ Et baccis cærula ficus. Apud statianũ interpretem in sextum

thebaidos hoc loco cærula pinus? codice ipsi?: ut op'nor: deprauato) legitur. Vnde coniicio legendu3 esse. Et baccis cærula cinus. Est.n.cinus Lauri species. uel sui generis arbor lauro similis ac baccas habens cæruleas autor plinio Baccas de ficub? dici non placet: nec si dicantur cærulas appellari. Lege primæ collectaneorum hecatostys caput nonag simũ nonum.

¶ Et amictæ uitibus ulmi. Et amicæ uitibus ulmi a papiniano interprete ibidem leguntur: quæ lectio emunctior. Plini. in sexto. decimo. Inter has atq; frugiferas materiæ uitiumq; amicicia accipitur ulmus.

¶ Corpora ueste leuant: & succo pinguis oliuæ splendescunt. Thucydides in primo de Lacedæmoniis Iidem primi corpora certaturi nudauerunt. per palam se exuentes: oleoq; unxerunt. signata igitur poetæ nostri locutio.

¶ Recidit in solidam longe post tempore terram. Bonaexemplaria decidit non recidit legendũ cõsulũt: ne syllaba offẽdat.

¶ Editus & ille est. Lege editus hac ille est. ne uersus delumbet

¶ Dum non sit ex omnibus unus. Dele substantiuum uerbum. & sanabitur carmen.

¶ Nunc qui iam meus est. Sincera lectio. Quia tam meus est.

¶ Et quod confundas & iura & nomina sentis? Lego Nec q.

¶ Nec metues sacro crinitas anguẽ sorores. Quas facibus scæuis oculos atq; ora petentes Noxia corda uidẽt. Vt melius hoc intelligas audi quid cicero pro sexto roscio dicat. Nolite (inquit) putare quemadmodum in fabulis sæpenumero uidetis eos qui aliquid impie sceleratẽq; comiserint agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quẽq; fraus & suus terror maxime uexat. Suum quẽq; scelus agitat: Amentiaq; afficit. Suæ malæ cogitationes amẽtiæq; animi terrent. Hæc sunt impiis assiduæ domesticæq; furiæ: quae dies noctesq; pœnas a consceleratissimis repetant. Et in primo de legibus. At uero scelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio est. Itaq; pœnas luunt non tam iudiciis (quæ quondam nusq̃ erant. hodie multifariam nulla sunt: ubi sunt ficta tamen persæpe falsa sunt) q̃ ut eos agitent insectenturq; furiæ non ardentibus tædis. sicut in fabulis: Sed angore conscientiæ fraudisq; cruciatu.

¶ Sed tanta potentia formæ. Tanta potentia formæ parenthe

sin poscit. Nam coniunctio hæc. sed. Sequenti uersui in constru ctione iūgenda est.

¶ Achestius illi. Non mendosus codex sic habet. onchestus & illi. onchestus enim Neptuni filius fuit ut in septimo thebaidos commentario legitur. q̄uis hesiodus teste stephano onchestum Boeoto neptuni filio natum tradiderit.

¶ Non erit inuidiæ uictoria nostra ferenda? hoc modo legēdū idest cum interrogatione. est. n. sensus. Non dabitur mihi crimini & culpae si hic uincetur? Inuidia enim crimen culpamq; hoc loco significat. quod sequens hemistichium monstrat. sed non culpa mea est.

¶ Indigenae damasenum nomine dicūt. uereor ne Damamassum sit legendu; . Amamassus. n. (quae & damamassus dici potest consonante a principio adiecta. ut sæpe fieri in locorum nominib⁹ uidemus: quod aulon caulon testatur) cypri ciuitas fuisse apud stephanum legitur.

¶ Nulliq; uidenda nisi ipsi. Hemistichium hoc sequenti adiungatur hoc modo. Nulliq; uidenda nisi ipsi Hippomenen adii.

¶ Et a numine concita nostro. Deleatur p̄positio. ut carmen rectum incedat.

¶ Fœmineos artus ī olētes uertere mētas. Lego Minthas. Mintha eni uel Minthe a græcis dicitur: quae alio nomine hedyosmon uocatur: a Mintho neptuni pellice in ea; mutata ut autor est pollux libri sexti capite decimo. M nthos quin etia; ipsa herba appellatur eidem po luci & Aristophanis in plutum interp̄ti. ex quo. um posteriore nōnulla alibi super hoc recitabimus.

VNDECIMO

¶ Sarculaq; & rastriq; graues. Lege Sarculaq; rastriq; graues. ac lege q ıae de que coniunctione superius diximus.

¶ Positis te frondibus arbos Tonsa comas luxit. Antiquā cōsuetudinē latenter attingit: q̄ fuit. ut comæ in luctibus tonderent: 1 id quod in penultimo iliados in patrocli funere achilles facit: & eius exemplo Antoninus imperator ī funere Fausti' sui a memoria liberti apud Herodianum in quarto: ac in funere Masistii persæ faciunt apud herodotum nono. Eundē sane mo

rem idem homerus ponit q̄rto odysseæ:ubi pisistratum Ne-storis filium ad Menelaum loquentem introducit. Et poeta nr̃ tertio huius operis libro:quo loco Narcissi mortem exponit. sic inquiens. Planxere sorores Naides:& sectos fratri imposuere ca pillos. Ac statius (ut cæteros poetas prætercam) in siluis non se mel: q̄uis fere semper deprauatus.

¶Cū cecropio eumolpo. eumolpū cecropiū. uel athēiēsē potes interpretari:ut poeta a Diodoro dissentiat :qui ægyptium facit. & a pausania:qui thracium putat. uel q̄ athenas uenerit habita-tum:in quo omnes consentiunt. Vel genus a cecrope ducente; per matrem: Quæ erechthei pronepos ex filia erat. Lege hecato stys primæ collectaneorum caput trigesimumseptimum.

¶Induiturq; aures lente gradientis aselli. Triplicem rationem afferri inuenio:cur midas asini aures habuisse dicatur. Alii enī; acutissimi eum auditus fuisse inquiunt:ut asini eē dicunt q̄ præ ter murem animalia cætera auditu p̄cedant. Alii pagum phry-giæ ab ipso habitatum asserunt cui nomen ὄνου ὦτα. i. asini aures inditum fuerit. Alii complures illi exploratores fuisse te-stantur:qui omnia. quæ in regione illa dicerentur aut fierēt. di ligenter inq̄rerent. Autor aristophanis cōmentator in plutum.

¶Quā dura ad saxa reuinctam. Scopulū dicit:cui nomen ex rē postea fuit agamea. ut Stephanus scribit autore hellāico. quod nomen innubus īterpretabitur. eo q̄ hesione uiro adhuc nō co pulata ceto fuerit in ipso exposita. γάμον. n. nuptias græci appellant.

¶Nec pars militiæ telamon sine honore recessit. Non ab re Te lamonis fit mentio. quoniam constat eum herculi assiduū fuisse comitem:& in multis certaminibus una cum eo pugnasse Nec solum in ilium nauigasse. Sed in amazonas fuisse auxilio:ac Al cyoneum interemisse ut pindarus scribit. Theocritus magnam inter eos amiciciam fuisse demōstrat. cum ait. Οἱ μίαν ἀμφω ἑταῖροι αἰεὶ δαίνυντο τράπεζαν. Vnam ambo socii semper comederunt ad mensam. Si tanta igitur herculi fuit cum tela-mone amicicia. nō mirū si ei potius q̄ alteri donau t hesionem.

¶Donec sua membra teneri sensit. In sepiæ formā mutata hæc nympha legitur deprensa a peleo.

¶Velamenta manu p̄tendens supplice. Ramu; intelligit lauri

uel oleæ lanã circũuolutũ.quo legati & caduceatores utebant.
Lege primæ collectaneorum hecatostys caput trigesimũterriũ
¶Et peleus comitesq rogant.Restitue peleusq comitesq.Nec te moueat q copulatiua coniuctio elongata.quoniam ratione & autoritate defenditur ut supra retulimus.
¶Patriæ non degener artis.Quia mercurius pater furtoru; iuẽtor dicitur.Lege horatium primo carminũ:& hũc poetam quito fast.ac secundo huius operis libro.
¶Carmine uocali clarus citaraq philemon.Scribo philœmon cum diphtongo in media syllaba:ut sit nomẽ ab arte deductũ. φιλοσ.n.amicus.οιμη cantus dr̃.unde amator cãtus interptabitur.Quod hoc poetæ uersu datur cognoscere.
¶Inde fragore graui strepitus.corrigo Strepitans ex ueteri codicee.licet illud non improbem.Item ex eodem lego,
¶Rictu fulmineus:non rictus.
¶Arce locus summa.melius loci ut meum habet exemplar.
¶Interea fratrisq sui.qui mutatus fuit,in accipitre;.neq.n.filiæ mortem prodigium appellauerim.
¶Fratréq secutis pdigiis.prodigia dicit lupi armẽta uastãtis:ñ fratris mutatione;.Nam supra(ut diximus)eã significauit.
¶Inuia cũ phlegyis faciebat delphica phorbas.hũc phorbãta nõ eũ esse dixerim quẽ iginus Triopæ(cuius supra meminim⁹) ex Hysocle mirmydonis filia.Diodorus in quinto Lapithi & euriones filium tradit.quia is amicus fuit apollinis ut apud eũdem Diodorum in sexto & iginũ in ophiucho licet intueri.nisi quis hunc & illũ eũdẽ esse dixerit: & apollini post uitiatam coronidem phlegyæ filiam factũ inimicũ uoluerit. phlegyas sane(q &,phlegyes & phlegys ẽr declinatur teste stephano)Martis & chrises filius fuit:ac Thessaliæ rex.A quo phlegyae eius regionis incolæ sunt nominati.Is ob acceptam iniuriam(quã diximus)apollinis in parnasso templum combussit:phlegyanq ciuitatem in boeotia condidit.Lege Seruiu; in sextũ æneidos ac stephanum . Quorum posterior etiam tradit phlegyas in æthiopia populos fuisse:qui deorũ cultus & leges inuenerunt.
¶Cũ sæpe assiliit.Lego assiluit ex prisciani testimonio lib. x.
¶Spoliisq animosa superstes.In nõnullis exẽplarib⁹ ẽ supstat.
¶Ante tñ cũctos iunonis tẽpla colebat quia matrimonio psi-

det.ut.Iunonēq;:toris quæ ꝑsidet alma maritis.unde pronuba cognominatur.

¶Ambo Alite mutantur. Hāc fabulam a Nicandro Ouidiū acc episse ait probus in primum georgicorum.

¶Nec coniugale solutum est Fœdus. Emenda coniugiale ut uersus eat rectus.

¶Fertur alyxothoe.emēdo alyzothoe.i. uelociter fugiens: ut sit cōueniens nymphæ nomen.& a currendi celeritate deductū αλύζω enim fugio.θοον uelocem significat.

¶Ego sim sceleratior illo. Si sim legimus.hemistichium hoc sequēti uersui applicabimus:& ita legemus.ut aliqui codices habent.Ni tibi morte mea mortis solatia mittam.Si aūt su; (ut in aliis codicibus scribitur & placet magis)a fine hemistichii sensus concludetur.& in sequēti carmine,qui nō ni statuemus.

DVODECIMO.

¶Veri prouidus augur Thestorides.Chalcantis mortē si quis scire desiderat.legat primæ collectaneorū hecatostys caput.xv.

¶Fortesq; aiæ:nec cognitus hector &c.ordo talis.Fortesq; animæ nec exiguo sanguie senserūt qd hector ñ cognit⁹poss;:nec exiguo sanguine phryges senserunt.qd achaica dextera posset.

¶Proles neptunia Cygnus.Duos fuisse cygnos reperio.unum marte genitum:q ab hercule est interfectus.ut in aspide narrat hesiodus.Alterum neptuno:quē interemit achilles autore pindaro.a quo mutuatum hæc poetam nostrū existimo.

¶Vtar in hoc idē.Lego iisde;.s.manu & hasta ex nr̄o codice.

¶Corpora tosta Carne replent.quia uictima; torrere mos fuit.nam quod de elixorum usu Seruius & alii quidam uolunt.inane est:ut in secunda hecatosty narrabimus.

¶Inter belliq; domusq; Acta tot.Inept⁹ loquēdi modus si hoc modo legamus.at in nr̄o codice sic inuenio.Inter belliq; domiq; Acta tot.ut belli & domi aduerbialiter sint locata.

¶Ac si quē potuit spaciosa senectus spectatorem operum multorū reddere.impfecta sn̄ia.unde opinor huic secundo carmini deesse ultimum pedem:ac deesse simul uersum qui sequi debeat integrum uno minus pede,nam illud. Vixi non huic cui

subiungitur uersui:sed illi qui desit subnectendum uidetur. exẽpli causa hoc modo. Ac si quem potuit spaciosa senectus spectatorem operum multoruꝫ reddere:certe me potuit:uidi qui tot iam sæcula:uixi Annos bis centum &c.

¶ Clara decore fuit proles elateia cænis Thessaliduꝫ uirgo pulcherrima. Elateia .t. exili scribatur & elatei filia interpretetur:qui elatus a Stephano dicitur. Is elateā ciuitatem in thessalia condidit:habuitq; alteram filiam Dotiam nomine:a qua Dotium in eadem regione ciuitas fuit nuncupata. Est & elatea urbs phocidis cuius meminit pausanias in attica. & Herodotus in Vrania: nisi eandem esse quit uelis quam memorat stephanus.

¶ Violasq; duos ignarus in uno. Lege uioles ut conueniant tēpora.

¶ Primitium torrem. Antiquior lectio prunitium a pruna.

¶ Vidi ego petræū. propriū nomen a petra in thessalia loco ubi colebatur neptunus cognomento petræus. quoniam ibi percussa petra equum euocauerit. Lege quæ scripsimus in primæ collectaneorum hecatostyos capite quinquagesimoseptimo.

¶ Vltor adest phereus. phereus trisyllabum nomen est hoc loco:nam primam corripere debet. cum a pheris thessaliæ ciuitate (quæ primam corripiūt) deriuetur. Multa sane hic nomina inuenies a thessaliæ locis declinata.

¶ Tereaq; æmoniis q̄ prensos montibus ursos Ferre domuꝫ uiuos indignātesq; solebat. Scribo Therea cum Th aspirato:ut sit nomen a feris deductum:quarum hic uenatione delectabatur. θηρ feram significat.

¶ Abscindit. Lego Abscidit ut in temporibus sit concordia. q̄d tamen ex abs & cædo non ex abs & scindo compositū esse monemus:ut ne claudicet syllaba.

¶ Aemathii spoliis armatus Alesi. pro Alesii. Alesius enim Scelunttis filius inter hippodamiæ procos a stephano memoratur. Sunt & qui Alesium Gargetti filium fuisse dicant (ut idem stephanus tradit) qui cū pelope iuerit ad hippodamiam œnomai: a quo Alesius in eide ciuitas fuerit nuncupata.

¶ Nudaq; pellæi iuuenis ferit ora sarissa. Quidam codices non pellæi habent Sed phyllæi:quod nō cōuenit minus. phyllus .n.

ciuitas fuit in phthiotica una quatuor regionũ thessaliæ teste strabone libro nono. Vbi appollinis phyllæi fanũ. Hinc phylleiam matrẽ.i.thessalá poeta noster appellat ultimo artis amatoriæ.ut. Nec tibi turpe puta crinẽ ut phylleia mater Soluere.

¶ Et obductos annis restringere luctus. Codex meus & alii plurimi habẽt restinguere.qd placet magis. significabit enĩ suscitare. Nã ut recludere pſepe simplicis uerbi cõtrariũ hẽt significatũ resoluere religarẽ & id gen⁹ plura: cur nõ ĩterdũ hẽat & restĩguo? Quin participiũ illud obductos restinguere innuit eẽ legendum. Cum obduci ignis dicat̃ cum operitur. Virgilius. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.

¶ Nec polydamãta. Lego pulydamanta. cuius rei ratio supius fuit exposita.

¶ Bis sex Neleidæ fuim⁹. Neleus (qd hoc loco ĩterpres tetigit) Ex Chloride genuit Nestorem periclymenum & chromium Ex diuersis aliis mulieribus Taurum Asterium Lycaonẽ Deimachũ Eurybium. Epileonta. Phrasin Antimeneʒ & Alastorẽ. autor apollonii cõmentator in primũ argon. Oĩum ãt natu minimus Nestor fuit: ut ĩ undecimo iliados scribit homerus.

¶ Cum tamen ille ferox. Non cũ Sed cur boni codices habent

¶ A se tãtalides honus inuidiãq; remouit. Inuidiá interp̃tor crimen uel iniuriam: licet & ꝓ odio posset accipi.

TERTIODECIMO

¶ Nec mihi ꝙ pater est fraterni sanguinis insons. Quo pater: si non Telamon pater aiacis sed peleus patruus phocum fratrẽ interfecit? Ouidius in undecimo huius operis. Felix & nato felix & cõiuge peleus: & cui si demas iugulati crimina phoci omnia cõtigerant. & in secundo fast. ipsũ quoq; pelea phoci Cæde per æmonias lauit acastus aquas. Dicendũ poetam nostrum hoc loco eorũ opinioni suffragari: q scribunt Telamonem cũ peleo phocũ fratrẽ occidisse. Quod statianus interp̃s in septimo thebaidos cõmentario tãgit. Vel (qd magis placet) Theodoro astipulari. Qui (ut plutarchus scribit in paralellis) primo metamorphoseon tradit Telamonẽ solũ de ĩdustria Phocũ: cũ quo simul ratem gerebat; uenatum duxisse; & comparente apro ipsũ uena

bulo confodisse: cum illud in aprum dirigere simulasset. Diodorus ab his dissentiens oibus libro quinto ait. Hunc iacto iprudenter disco interfectum fuisse a peleo. adeo uaria & incostátia a diuersis persæpe traduntur.

¶ Num si petat auferat illa. Exéplaria non médosa sic habét. Nec sperat ut auferat arma.

¶ Iphitiden. Lego hippasiden. i. Socum hippasi filium ab ulysse interfectú ut narrat homerus in iliados undecimo libro. & nos in prima collectaneorum hecatosty diximus capite uigesimosexto: ubi etiam docuimus non uersu ab hoc tertio

¶ Cum pheridamante Thoona: sed cum chersidamante eiusdé homeri autoritate in eodem libro esse legendum.

¶ Et ueterum terras infames cæde uirorum Transierat: tádem portu uotoq; potitus Vela dat. ut referat tirynthia tela sagittas. Intermedius in his uersus perq multis codicibus desideratur: ideoq; non uisus est occultandus.

¶ Quantus cum uiueret esse solebat. Nouem cubitorum altitudinis fuisse achillez Lycophron in alexandra testatur.

¶ Sed finita tamen. Emendati codices habent. Nec finita tamé: ut sit correctio rhetoricus color. & hemistichium hoc ad illud superius referatur Finita est publica clades: non autem ad illud inferius. Soli mihi pergamia restát. na eo causa redditur. cur publica clades sibi hecubæ non finita.

¶ Tot generis natisq; potens. Quinquaginta filios & duodeciz filias priamuz habuisse (ex diuersis tñ ite. ligere licet mulierib') homerus in iliados sexto testatur. Quod uolui dixisse: qa multi natas in numero quinquaginta filiorum cóprenderút.

¶ Locus extat: & ex re Nomen habet. Iulius pollux libri quinti capite quito hunc locum κυρος σημα cynos sema. i. canis sepulchrum appellatum fuisse a quodam generoso cane ibi sepulto inquit: ut alterum locú in agro calydonio a cane atalantæ (cui nomen Aura fuit) ibi tumulata. Sed inualuisse opinioné hecubam in canem mutatá eidé i hel espóto loco nomen inaudisse. Est & libyæ locus Cynossema ut stephanus scribit.

¶ Iupiter annuerat. Non ab re latini poetæ Annuere non uerbis rera promittere deos & pcipue iouem scripserunt. Quoniá capitis nutus (ut homerus in iliados primo confingit) peculiare

est ac maximum Iouis & deorum signum promittendi: quod nūq̄ reuocari·nunq̄ falli nunq̄ irritum fieri potest.

¶Bisq; duas natas. has œnotropus idest uinimutatrices stephanus cognominatas testatur: cuius etiam patrem Ananium. idest renouatum uocat. quoniam (ut puto) cum pro mortuo fuerit a matre in apollinis ara derelictus, ab eo fuerit educatus: ac ueluti reuocatus ad uitam.

¶Euboea duabus & totidē natis andros fraterna petita est. priscianus in corruptum incidit codicem: qui libro septimo deabus hoc loco legit· Sed non īprobo q̄ potita legit non petita: q̄uis nec petita sit explodenda.

¶Cæsarumq; boum fibris de more crematis: Atqui ad apollinis delii aram non sacrificabatur animatum: ut censorinus de natali die & Macrobius tertio saturnaliū referūt. Lege primam collectaneorum hecatostyn capite septuagesimoquarto.

¶Vocalemq; sua terram dodonida quercu: Quoniā secundu; multorum opinionē dodonæ quercus uocalis erat: & ipsamet effabatur oracula. uide quæ in prima collectaneorum hecatosty scripsimus capite uigesimoquinto.

¶Resecuta crateidæ natam. Cratæis hoc modo scribenda est. nam græce κρἀταἰισ. Sed sciendum (ut apollonii tradit interpres) nonnullos hecaten, alios Lamiā, alios cratæin scyllæ fuisse matrem memoriæ tradidisse. quemadmodum quosda; phorcynis, quosdam phorbantis filiam eandem scyllam factitasse. Quam homerus describit duodecimo odysseæ.

¶Acis erat fauno nymhaq; Simethide cretus. Quicūq; hoc nomen per t & y scribunt, errant tota uia. quoniam ακισ a Theocrito & græcis cæteris scribitur. atq; Acis siceliæ fluuius, in quē hic fingitur cōmutatus, propter currendi celeritatem id nomen adeptus est. nam ακισ telum significat.

QVARTODECIMO

¶Melius seq̄re uolentē. Lego sequerere: ne syllaba cōqueraf.

¶Dignus eras ultro poteras certeq; rogari. non poteras sed potius in bonis reperies exemplaribus.

¶Ni prius in scopulum: q nunc quoq; saxeus extat: Trāsformata foret. Scyllæū dicit: qd ita appellatū ait procopius ī tertio de

bello gottorū: q̄ magna latronū multitudo (quos græci σκύλάκους uocant) usq; ad sua tempora eū sinū icoluerit. Non q̄ scylla mulier monstrosa ac belluina forma ibi habitauerit.

¶ Acheloidūq; relinquit sirenum scopulos. ego acheloiadū repono syllabæ ratione ita exigente.

¶ Fraudē & periuria quōdā Cercopū exosus. Cercopes in lydia populos fuisse Zenobius tradit imansueti ingenii atq; fallacis: qui cū i herculē apud omphalen existētē multa dixissent cōuicia ab ipso domiti & supplicio affecti fuerunt. Iidem cū iouē postea uoluissent decipere: ab ipso mutati fuerunt in saxū. unde illa nata sūt prouerbia q̄ narrat interpres ἀγορὰ κερκώπων. i. forum cercopū. & κερκωπίζειν. i. cercopizare in prauos & pessimorum homines morum. Quæ non rettulissem nisi impressores corrupissent.

¶ Mors erat ante oculos minimū tñ ipsa doloris. Ordo est. Ipsa mors minimū tñ. i. minima ps doloris erat ante oculos. Sēsus āt talis. mors (si dolorem cōsideres: quē mortis imagine mens mea sustinebat) minima erat doloris portio. ac pene nihil: quia mori desiderabā. sed tam durū mortis genus formidabā. Hoc āt declarat inferius cum ait. Mortemq; timēs cupidusq; moriri.

¶ Merguntq; carinas. Vndecim numero naues periisse homerus in decimo odysseæ est autor.

¶ Nimiiq; elpenora uini. Ex homeri sententia dictū: qui undecimo odysseæ tradit Elpenorem imoderato uino ebrium i domo circes e scalis decidisse ac fracta colli iūctura obiisse. Ouid. tertio tristium. At miser elpenor tecto delapsus ab alto. & ī ibin Neue gradus adeas elpenore cautius altos. Vimq; feras uini quo tulit ille modo.

¶ Et reddidit omnia uotis. in quibusdā exēplaribus lego omīna: quod non displicet: ut sit sensus. bene uouentibus bona uouisse circen: quemadmodum mos est ut fiat. ut cū bonam diē uouenti bona dies & annus respondetur.

¶ Signum ostendens iuuenile. In meo codice legitur iuuēale: quod non minus probo. Nam iuuenalis ab antiquioribus potius q̄ iuuenilis dicebatur. Vnde iuuenalia & iuuenales ludi tacito. Suetonio. Capitolino. aliis. Nunc iuuenalis & iuuenilis dr̄ ut autor est priscianus in quarto.

¶ Quasq3 numici. Numicus & numicius hic fluui' dr: quis aliq contra sentiant. Silius in octauo. Haud procul hinc paruo desce dens fonte numicus Labitur. Sed danda uenia iis: qui numicu3 dici posse inficiantur: qm̃ hic silii uersus cum multis aliis in oi• bus fere codicibus desiderabatur. qui a nobis sunt restituti. ut in priæ collectáeorũ hecatostys capite nonagesimosecũdo appet•
¶ Puteolosq3 sinus. Puteolos a puteorũ olore. i. malo odore di ctos existimat stephanus: atq3 esse compositum nomen. Festus non compositum sed uel a puteo uerbo. i. feteo deriuatos. pro• pter olidum aquæ putorem: uel a puteis arbitratur. Quoru3 ibi esset multitudo: ut olidas illas aquas exciperẽt. Sed aduertas ue lim festi codicem esse corruptum.
¶ Fert ecce auidas in pinea turnus Tecta faces. Melius texta. Idẽ primo fast. pinea non sano ter pede texta ferit. & alibi. Pinea tex ta sonant.
¶ Et lætis uidere rigescere puppes uultibus Alcinoi: saxũq3 icre scere ligno. Lego puppem homeri testimonio & procopii: quo rum hic in quarto de bello gottorum sic inquit. Nauẽ ex alba petra: quæ i phæacide regione apud mare uisitur: aliq eam eẽ au tumant: qua ulysses ithacã fuit aduectus. qñ externorũ militum ducẽ gessit. Sed litteris insculptis declarat a mercatore quoda3 Ioui casio oblatã: quẽ incolæ uenerantur. Et ciuitas ubi hæc spe ctatur nostris etiam tẽporibus Casiopolis appellatur.
¶ Et respersit aquis. Lego respergit: ut conueniat cum repurgat quod temporis est præsentis.
¶ Clarus subit ecce Latino. Clarus nomen propriũ est hoc loco non adiectiuum. Significatq3 eum regẽ q Alba dictus fuit. Na3 poetis mutare interdũ noia cõuenit autore Seruio. Clarũ ãt ap pellauit quẽ cæteri albã. ob id: ꝙ oĩa alba eade3 clara sũt. Et ne clarũ significare Albam quid dubites: uide quo mõ in quarto fastorũ hoc idem poeta ipse est æmulatus. Subit alba latinũ.
¶ Epitus ex illo. i. post illũ Clarũ itellige: nõ ãt post latinum. ut nõnulli exponũt. quia cõtra te ftarent oẽs historici cũ eodẽ poe ta: qui ibidem ait. Proximus est titulis epitus alba tuis
¶ Feroxq3 Acrota. Quẽadmodũ albã mutato noie clarũ appel lauit. ita agrippã nũc acrotã uocat: qd nomẽ siñ plausu põt iter ꝓtari: ẽq3 cõueniẽtissimũ cognom agrippæ, nãq añtiorib' pedib'

nascunt (cũ nõ sine sũmo id piculo fiat) oĩ plausu pẽit⁹ uacant.
¶Tribuitq; uocabula monti: Tribuit hoc loco psens tempus ẽ non praeteritum.
¶Silenusq; suis semp iuuenilior annis. in qbusdã codicibus legitur Siluanus. Sed magis placet Silenus. Idem in fastis. Nequitia est quae te non sinit esse Senem.
¶Scæuior illa freto surgẽte cadentibus austris. In nõnullis exẽplarib⁹ lego hædis. qd nõ displicet. qm̃ Hædorũ nõ solũ ortus Sed & occasus efficit tepestates ut Serui⁹ scribit. Sed alterã quoq; lectionẽ tueri his Gelii uerbis possumus: q̃ sũt noctiũ atticarũ libri secũdi capite ultimo. Fluctus: q flãte aqlone maximi ac crebertimi excitãt: simulac uẽtus posuit sternũtur: ac cõflaccescũt: & mox fluctus eẽ desinũt. At nõ idẽ fit flãte austro uel africo: qbus iã nihil spirãtib⁹ undæ tñ fractae diuti⁹ tumẽt. & a uẽto qdẽ iãdudũ tranqllæ sunt: sed mare ẽ ẽt atq; ẽt undabundum.
¶Et corpora uicta sopore inuadũt: portasq; petũt: q̃s obice firmo Clauserat iliades. priscianus i secũdo sic legit. ut corpora uicta sopore Inuadãt: portasq; premãt: quas obice fulctas clauserat iliades. Quæ lectio magis quadrare uidet. quia sequit. unam tñ ipsa reclusit. Nam antea apiri portas necessũ ẽ. q̃ itroeat qsq̃.
¶Vnã tñ ipsa reclusit. Portã intelligit ad radices collis uiminalis: quã ianualẽ Varro & macrobius uocãt: ac palatinam antea nuncupatam fabius pictor uidetur innuere.

QVINTODECIMO.

¶Fletq; milo senior. apposite Milõis crotoniatæ exẽplũ adducere pythagorã facit: quia moraretur crotone. De hoc & qbusdam aliis: qbus nomen Milo uel Molo: alibi copiose dicemus.
¶Aeraq; humor abit. magis placet adit: ut nõnulli codices habẽt. quia eadem sñia dicta est superius. Nam tenuatur in auras humor & humor abit in aera idem est penitus.
¶Alioq; renascitur ore. non minus placet qd in plerisq; exemplaribus legitur Alioq; renascitur orbe.
¶Sic modo cũ bibitur. Lego combibitur ex uetusto codice.
¶Est lacus arcadiæ: pheneum dixere priores. Pheneus nunc primam & secundã corripit ut hoc loco. nũc producit. Sed trisylla

bum semper est. dr̃. n. φέρεος. φέρειος: φέραιος. φεραίος. de quo in secundum huius operis etiam aliquid diximus.

¶ Cythereidasq̧ colũbas. Lego Cythereiadas. q̃a primã sylla/ bã semper breuem inuenio. licet nõ ignorẽ υ esse bitẽporeum.

¶ Nec non & cecropis. In manu scripto codice sic lego. Necnõ cecropeos. ut sit græcus genitiuus a nominatiuo cecropeus. Nã ut epops & epopeus dicitur: ita cecrops & cecropeus.

¶ Vrbem etiam cerno phrygios debere nepotes. Ordo ẽ cerno urbem debere phrygios nepotes. i. debitam eẽ phrygiis posteris.

¶ Verum ẽt uolucres aiæ sumus. aĩas uolucres. i. uolantes inter pretor: hoc est de corporibus in corpora transmeantes.

¶ Nec formidatis ceruos includite pẽnis. Qui formidantes le gũt. poetæ non intelligunt sensum. Tangit. n. uenantiũ ceruis morẽ: q rubras funibus pẽnas suspendunt. quacũq̧ ræ tia nõ lo cantur: ut earum formidine cerui ad illa se recta proripiãt. Eum morẽ tangit Virg. tertio geor. de ceruis loquẽs his uersibus. Hos nõ immissis canibus nõ cassibus ullis Puniceæ ue agitant paui dos formidine pẽnæ. Legimus tñ & alias feras his artibus capi. Seneca in hippolyto. picta rubenti linea pẽna Vano claudat ter rore feras. & in secundo de ira. Cum maximos ferarum greges linea pẽnis distincta cõtineat: & ob insidias agat. ac paulopost. Vmbra ab infantibus. a feris rubens pẽna metuitur.

¶ Vnde coroniden &c. Diximus in Sarritionibus in ibin Coro neũ Asteriæ a phœbo dilectæ patrẽ fuisse: indeq̧ coroniden pe nultima producta. i. coroneiden patronymicũ deduci. Neq̧ id diximus. q̧ nesciremus priscianũ patronymicum hoc a matre de flectere: quæ Coronis fuerit appellata (ut Seruius in sextum æn. & Ister autore igino uoluerunt) ac phlegyã patrem habuerit. Sed q̧ formationẽ hãc generalẽ sequi patronymicorũ regulã agno sceremus. Fabulas autẽ uariari notius ẽ q̃ ut debeat demõstrari.

¶ Quã colat explorat. Lego explorãt: ut idem sit numerus. Nã superius dixit accepere.

¶ Certant adiicere sortes. Quidam certãnt ita dicere emenda runt. Nos certas ita dicere reformamus.

Deo Altitonãti: christiparæ Virgini: Patern ião. Vrso. Fortũato. Eusebio patriæ tutelari bus diuis: Honos & Gr̃a sempiterna.

¶Relegēri mihi nostra hæc opuscula diligēter:ut si quos chal cographorū manus cōmisisset errores a fine corrigerem: Subie runt nōnulla:in quibus mutare iudicium quibusdam rationib⁹ moueor. In capite collectaneorum uigesimo octauo:ubi ex uetusti exēplaris fide plinii duo uerba in unū cōmuto:illud cōmo neo. Vulgatā lectionē nō minus pliniāo sensui q̄ antiq codicis cōuēire.qđ ut sentiā participiū illud admotis p̄suasit. In quadra gesimo octauo.cū uetustus papinii codex cliom nō crion habe at(unde cromnā ex litterarū affinitate emēdabā)& cromnā in pelopōneso geographi statuāt:Diū:qđ in euboea oppidū fuit: Substituo. De quo homer⁹ i secūdo iliados. Δίου τ αἰπὺ πτό λίεθρόν. Diiq; altū oppidulū.plinius in quarto.& Strabo ī decimo. In quadragesimonono.in eo etiam Statii uersu. Diues & hegaleos nemorū:Siue ægaleos legi debeat (ut latinus Thucydidis codex scriptū ōndit)Siue ægialos.ut plinii& solini:p̄ mōte ut accipiat atticæ statuo:nō loco pelopōnesi.ut ne ab attica ī pelopōnesū transuoluemus. In qnquagesimonono. Vereor ne non Lælius sed liuius Gelio & Ausonio sit reponēdus. Q̄m priscianus locis plurimis Liuiū (cuius & nos meminimus) i erotopægniis citat.nō Læliū. Nisi ambos uelimus dicere huiusmōi titulo opus cōdidisse. Lucius sane Lælius narrōis p̄ceptor: & doctissimus tūc ciuitatis homo fuit. ut Gelius in prio ē autor.chal cographorū āt fœdiora errata sic sūt corrigenda.

¶In collectaneis.

¶Cap.ii.unguēta conficienda.iii.Sed q̄ matri.iiii.ab historia. vii.Neptuno natum.xiii.ἴσοι:poniturq;:ut alia.xiiii.natā ferūt: copulatæ sint:æquo animo:expungat.xv.agricolatione :ingrederentur:licet sit:mopsum diuinasse. xvi. ἐκκλησίαζούσας. xxi.posteris testatum.xxiiii. Varronis in primo.xxv.q̄ in dodone:carmina quercus.xxviii.tumultuantes elephantos.xxxix .cōsona:eruditionis plena.xlviii.subiecta thebanis:breuis esset.lxii dicteriis:Aristophanis.lxiii.Aetas in nonum.lxiiii.celebritas:ne scii ploratus.lxvi.ipsos autoritatibus. lxviii . quemadmodum: septuagesimo secundo.corpus suum:Nec prætereūdū:reperiri. lxxiiii.nisi q̄.lxxxviii.q̄tumlibet uiros.xc.locum exponere.xciii Tandiu est q̄ cum Ouidio fabulatus non sum . ut.& adeo de.

lendum. Naȝ qui correxit cũ Iãdiu uidisset ĩpssũ. credidit adeo fuisse omissum: ac substituit: xcv. Ismeno etiaȝ fluuio.

¶ In epistola ad Nicolaum, ac relegẽdo. In sarritionibus in ibin oryithum. Splendidiorem. Cymetho pterelæ. infra declarabimus. aduenas oẽs. pciosissimam. metamorphoseon. v in u nostrum. mellis uase. heroum uoces.

¶ In epistola ad Læliũ. ομύχωμ. pcipue appetenti hoc mense. In assumentis metamorph. eamq; a sole dilectam. Lampetien. emendo nesciat.

A B C D E F G H I K L quaternis M ternus.

¶ Impressa Fani ab Hieronymo soncino pridie
festi Diui Paterniani. Sexto idus
Iulias. MDVIII.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm